DISSERTATION
SUR LA
GENERATION
ET LES
TRANSFORMATIONS
DES
INSECTES
DE
SURINAM:

Dans laquelle on traite des
VERS ET DES CHENILLES DE SURINAM,
des Plantes, fleurs, & fruits dont ils vivent & dans lesquels on les a trouvez.

On y parle auſſi des
CRAPAUX, LEZARDS, SERPENS, ARAGNEES,
& autres petits animaux du même païs, peints ſur les lieux d'après nature,
& depuis gravez avec beaucoup de ſoin.

On y a joint
Un Traité des changemens des POISSONS en GRENOUILLES
& des GRENOUILLES en POISSONS.

Par MARIE SIBILLE MERIAN.


Ex dono auctoris.
Gautier
a Mr Feliet

Nederlandsche Entomologische Vereeniging



A LA HAYE,
Chez PIERRE GOSSE.
M. DCC. XXVI.

Nederlandsche Entomologische Vereeniging



A SON EXCELLENCE

MONSIEUR

DIEGO DE MENDOÇA CORTE REAL,

ENVOYÉ EXTRAORDINAIRE DE SA MAJESTÉ LE ROI DE PORTUGAL AUPRÈS DE LEURS HAUTES PUISSANCES LES ETATS GÉNÉRAUX DES PROVINCES-UNIES, GRAND TRÉSORIER DE LA VILLE DE BARCELLOS, &c. &c. &c.

MONSIEUR,

Un Auteur, qui veut mettre un Ouvrage ſous la protection d'un Mecenas, devroit, ce me ſemble, imiter la conduite que je garde aujourd'hui; c'eſt-à-dire ne le dédier qu'à

* des

des perſonnes capables d'en juger. Vôtre aplication, Monsieur, *à pénétrer les Secrèts de la Nature, & les Progès que Vous avez faits dans cette Science, auſſi utile, qu'agreable, Vous méritent à bon droit un rang diſtingué parmi les plus habiles Phiſiciens; Vous n'épargnez rien pour faire tous les jours de nouvelles Découvertes; & ce Cabinèt de toutes les plus rares productions de la Nature, que Vous avez aſſemblées avec tant de ſoin, & que Vous expliquez avec tant de facilité, donne en même tems des preuves de Vôtre bon goût & de Vos connoiſſances ſur ces matières. L'Ouvrage que je prends la liberté de Vous préſenter, doit tenir ſa place dans ce Cabinèt; & puiſqu'il traite des Metamorphoſes les plus admirables & les plus curieuſes de la Nature, il ne peut manquer d'atirer Vôtre attention. Je n'y ai d'autre part que celle de l'avoir traduit dans une Langue qui pût le faire paſſer dans les mains d'un plus grand nombre de Curieux. Vous entendez ſi bien nôtre Langue, quoiqu'étranger, qu'en jugeant de ce que l'Auteur a écrit, Vous pourez en même tems voir ſi j'ai réuſſi; du moins Vous ne douterez pas de mon zèle & la vénération profonde avec laquelle je ſuis:*

MONSIEUR,

DE VOTRE EXCELLENCE,

Le très-humble & très-obéïſſant Serviteur

ROUSSET.

M A-

MARIA SIBYLLA MERIAN
AD
LECTOREM.

INſectis jam ab ipſâ juventute meâ examinandis occupata, primùm de Bombyce Francofurti ad Mœnum in patriâ civitate feci initium; dein verò, Papiliones multò pulchriores & diurnos & nocturnos ex aliis produci Erucis, animadverſo, ut omnes, quas invenire licuit, Erucas congregarem, earumque metamorphoſes notarem, commota ſum. Quamobrem humana planè deſerens conſortia, unicè his vacavi obſervationibus, quo me in arte pictoriâ magis exercere, & ad vivum ſingulas tum adumbrare, tum vivis coloribus exprimere poſſem. Ita factum eſt, ut cuncta, quæ initio Francofurti & poſtea Noribergæ reperi Inſecta, in Pergamenis mihi pulchrè admodum picta congregarem. Hæc ubi poſtmodum caſu in quorundam curioſorum inciderunt conſpectum, maximè illi, ut haſce de Inſectis obſervationes meas publico darem, atque ſic induſtriis naturæ examinatoribus eorumque expectationi ſatisfacerem, tum temporis cohortati ſunt. Permota tandem perſuaſionibus, figuris meâ manu æri inciſis, eaſdem edidi, Partem primam in quarto, anno 1679. ſecundam anno 1683. In Friſiam deinde ac Belgium profecta, porrò in examine Inſectorum continuavi, præſertim in Friſiâ, cùm in Belgio magis quam alibi deeſſet occaſio, illis præcipuè inveſtigandis, quæ in ericetis ac locis cæſpoſis reperiuntur. Aliorum tamen curioſorum ſolertia iſtum ſæpiſſimè ſupplevit defectum, qui Erucas mihi attulerunt, ad explorandas ulteriùs earum metamorphoſes: quemadmodum plures ejuſmodi collectas mecum ſervo obſervationes, mihi præcedentibus binis Partibus alias adhuc addendi anſam ſuppeditantes. Verùm in Belgio, quot animalium genera ex utrâque Indiâ & Orientali & Occidentali advehi curarentur, cum admiratione perſpexi, maximè cum egregium dignata fuiſſem perluſtrare theſaurum Nobiliſſimi & Ampliſſimi Viri, NICOLAI WITSEN, *in Urbe Amſtelodamenſi Conſulis & in Societate Orientalis Indiæ Aſſeſſoris meritiſſimi*, &c. ut & Nobiliſſimi Viri JONÆ WITSEN, *eidem civitati à ſecretis.* Vidi etiam poſtea theſaurum Clariſſ. FRIDERICI RUISCHII, M. D. *Anatomiæ & Botanices Profeſſoris*, nec non LIVINI VINCENT, & aliorum quamplurimos, ubi hæc atque alia numero innumera conſpexi Inſecta, ita tamen, ut in illis tum origo, tum generatio deficeret, quâ ratione ſcilicet ex Erucis fierent Aureliæ, & quomodo ulterius transformarentur. Hoc ipſo incitata, longinquum & ſumtuoſum iter tentavi, atque in terram Surinamenſem in Americâ, (regionem calidam & humidam, unde Viri prædicti iſta acceperunt Inſecta,) menſe Junio anni 1699. transnavigavi, ut accuratiùs eadem indagarem, & in ſtudio meo pergerem, ad menſem Junii anno 1701. ibidem commorata: tum autem Belgium verſùs iterùm vela feci, atque inſequente menſe Septembris die 23. ibi rurſus appuli. Septuaginta duas has figuras cum illarum obſervationibus iſthuc loci in Pergamenis naturali magnitudine ſummo cum ſtudio pinxi; veluti apud me unà cùm animalculis ſiccatis cerni poſſunt. Quam verò animo conceperam, in regione illâ opportunitatem Inſecta examinandi non inveni, quippè cum ejuſdem clima ſit calidiſſimum, atque hic æſtus naturæ meæ adverſetur: quâ de re coacta domum citius reverti, ac mihi antea propoſitum erat. Poſteaquam in Belgio eſſem redux, picturaſque meas nonnulli cernerent rerum amantes, hi prelo eaſdem committerem & publici juris facerem, valdè à me contendere cœperunt, primum hoc & pulcherrimum ex Operibus unquam in Americâ pictis

eſſe, arbitrati. Verùm initio ſumtus, ad perficiendum librum impendendi, me ab eo deterruerunt, donec tandem hoc quoque onere ſuſcepto, illi manus admoverem.

Conſiſtit itaque hoc Opus ex figuris æneis ſeptuaginta duabus, quibus ultra centum Obſervationes de Erucis, Vermibus & Acaris exhibentur, quomodo illa cum exuviis priſtinum mutent colorem & formam, & tandem in Papiliones, Phalænas, Scarabæos, Apes & Muſcas transfigurentur. Omnia hæc animalcula iiſdem quæque appoſui plantis, floribus ac fructibus, quæ ſingulis eſcam præbuerunt: illiſque adhuc addita eſt generatio Araneorum Indiæ Occidentalis, Formicarum, Serpentum, Lacertarum, rariorum Bufonum atque Ranarum; omnia in Americâ à me obſervata & ad vivùm delineata, paucis ſolùm exceptis, quæ ex ore Indorum percepta junxi.

Quæſtum in Opere hoc conficiendo non quæſivi, modo adhibitos mihi reddat ſumtus, contenta: neque enim his ad perficiendum illud peperci, ſed à peritiſſimis artificum tabulas æneas incidi, atque optimam huic ſcopo chartam eligi curavi; ut ita artis non ſolùm gnaris, verùm etiam cunctis Inſectorum & Plantarum ſtudioſis, rem facerem jucundam eorumque expectationi reſponderem. Quod ſi illum me conſecutam eſſe finem, atque ſimul & ſatisfeciſſe, & non diſpliuiſſe, animadvertero, non parùm gaudebo.

Scriptas explicationes in hoc libro, ad exemplum Cl. Bidloo, Profeſſoris Lugdunenſis, in ſua Anatomiâ, binis ſemper figuris interpoſui, integro folio expreſſas. Eaſdem extendere longiùs facilis mihi res fuiſſet; attamen cùm hodiè orbis adeò ſit delicatus, neque ipſos inter eruditos conveniat; obſervationibus ſimpliciter inhærere meis, hiſque materiam ſuppeditare volui, undè poſſet unuſquiſque, prout libuerit, conſiderationes inſtituere illaſque ſecundùm beneplacitum applicare: præterquam quòd idem jam abundè fecerint alii, veluti Mouffetus, Godartus, Swammerdam, Blanckart, &c. Primam omnium Inſectorum metamorphoſin *Aurelias* ſeu *Nymphas*, ſecundam Erucarum *Papiliones*, qui diurni ſunt ſeu de die circumvolitant, nocturnos verò ſive noctu circumvolitantes cum Mouffeto *Phalænas* vocavi; ſecundam denique Acarorum & Vermium transformationem *Muſcas* & *Apes* nuncupavi.

Plantarum nomina, quæ ab incolis atque Indis impoſita iis ſunt, retinui: Latina verò, aliaque cognomina in notis ſubjunxit Clariſſ. Casparus Commelin M. D. *Horti Medici Botanicus & Academiæ Cæſareo-Leopoldinæ Collega.*

Ubi vitam ſanitatemque conceſſerit Deus, obſervationes meas in Germaniâ collectas, illis, quas in Friſiâ & Belgio annotavi, augere, atque ſic illas Latino ac Belgico idiomate in lucem emittere decrevi. Vale.

PRE-

PREFACE

DE

MARIE SIBYLLE MERIAN.

DEs ma Jeuneſſe je me ſuis apliquée à l'examen des Inſectes, j'ai commencé à Francfort ſur le Mein ma patrie, par les vers à ſoye; ayant enſuite remarqué que les plus beaux Papillons, tant ceux qui volent le jour, que ceux qui ne volent que la nuit, ſortoient des Chenilles; je ramaſſai toutes celles que je trouvai, pour en étudier les transformations. Pour faire mes obſervations avec plus d'exactitude j'abandonnai toute ſorte de compagnies & je m'apliquai au deſſein afin de pouvoir peindre ces Inſectes au naturel. C'eſt ainſi que j'ai recueilli & peint ſur parchemin tous les Inſectes que j'ai decouverts à Francfort & à Nuremberg. Cette collection étant tombée entre les mains de quelques Curieux, ils m'exhortèrent à donner au Public les obſervations que j'avois faites ſur les Inſectes pour la ſatisfaction des Phiſiciens. Je me laiſſai aller à leurs conſeils & j'en publiai la première partie in Quarto en 1679. *& la ſeconde en* 1683. *après les avoir gravez moi-même. Je paſſai enſuite en Friſe & en Hollande où je continuai l'examen des Inſectes ſur tout en Friſe, car en Hollande je n'eus pas occaſion des faire de recherches ſur tout dans les Buiſſons & dans les* Vennes; *cependant il faut que j'avouë que les Curieux reparoient ce defaut en m'aportant des Chenilles dont je puſſe examiner les metamorphoſes, & j'en ai conſervé les obſervations, qui pourront ſervir un jour à augmenter les deux Volumes précedens. Mais je n'ai rien vû en Hollande de plus curieux que les diferens Inſectes que l'on aporte de deux Indes, ſur tout lorſque j'eus la permiſſion de voir le Cabinet de l'Illuſtre Mr.* NICOLAS WITSEN *Bourguemaître d'Amſterdam & Directeur de la Compagnie des Indes Orientales, & celui de Mr.* JONAS WITSEN *Secretaire de la même Ville. J'ai vû auſſi le curieux Cabinet de Mr.* FREDERIC RUISCH *celebre Docteur en Medecine & Profeſſeur en Anatomie & en Botanique; enfin celui de Mr.* LEVIN VINCENT *& de pluſieurs autres, où j'ai trouvé un nombre innombrable d'Inſectes, dont néanmoins on ne connoiſſoit ni l'origine ni la génération, c'eſt-à-dire comment les Chenilles ſe transformoient en* fêves, *ni les autres changemens. C'eſt ce qui m'a determiné à entreprendre le long voyage de Suriname en Amerique, païs chaud & humide, d'où les perſonnes, dont je viens de parler, avoient reçû la plus grande partie de leurs Inſectes. Je paſſai la mer dans le mois de Juin* 1699. *& je reſtai dans ce païs-là juſqu'au mois de Juin* 1701. *afin d'avoir le tems de faire mes remarques avec ſoin: je repaſſai alors en Hollande où j'arrivai le* 23. *de Septembre. J'ai peint ſoigneuſement en parchemin les figures de ces ſoixante-douze planches ſur les lieux & de grandeur naturelle, ainſi qu'on les peut voir chez moi avec ces Inſectes ſecs. Il faut pourtant avouër que je n'ai pas trouvé dans ce païs-là les commoditez que je m'y étois promiſes pour l'examen des Inſectes; car ce Climat étant d'une chaleur qui ne convenoit pas à mon temperament, j'ai été obligée de revenir dans le païs plûtôt que je ne l'avois reſolu. A mon retour quelques Curieux, à qui je fis voir mes deſſeins, me preſſerent de les faire imprimer & de les publier, jugeant que c'étoit le plus bel Ouvrage qui eut jamais été peint en Amerique. Les depenſes, qu'il me falloit faire pour cela, me firent d'abord ſuſpendre l'execution de ce deſſein; mais enfin je ſurmontai cette difficulté.*

Cet Ouvrage comprend donc ſoixante-douze Planches qui repreſentent plus de cent Obſervations ſur les Chenilles, les Vers, & les Mites; de quelle manière, après avoir changé de peau, elles changent de couleur & de forme & ſe transforment enfin en Papillons, en Papillons nocturnes, en Eſcarbots en Abeilles & en Mouches. J'ai repreſenté tous ces Inſectes ſur les plantes, les fleurs & les

les fruits dont ils ſe nouriſſent. J'y ai ajouté des remarques ſur la génération des Aragnées des Indes Occidentales, des Fourmis, des Serpens, des Lezards, des Crapaux, & des Grenouilles, que j'ai faites en Amerique où j'ai deſſiné ces animaux d'après nature; j'en ai auſſi recueilli quelque choſe du recit que m'ont fait les Indiens.

Ce n'eſt pas l'intérêt qui m'a fait entreprendre cet Ouvrage; je ne cherche qu'à en retirer ce qu'il m'a couté; je n'y ai rien épargné ni pour la gravure ni pour le papier, afin de faire plaiſir aux Connoiſſeurs & à ceux qui étudient la nature des Inſectes & des Plantes & de repondre à leur attente; je ſerai contente ſi j'y ai reuſſi.

A l'exemple de Cl. BIDLOO *Profeſſeur à Leyde, j'ai mis une planche entre deux deſcriptions comme il a fait dans ſon Anatomie. J'aurois pû facilement étendre ces deſcriptions; mais comme on eſt aujourd'hui très delicat & les ſavants ne ſe trouvant point d'accord ſur ces ſujèts, je m'en ſuis tenu ſimplement à ce que j'ai obſervé, me contentant de donner matière aux reflexions des autres. Outre que pluſieurs Auteurs ont amplement écrit avant moi ſur le même ſujèt, comme* MOUFFET, GODART, SWAMMERDAM, BLANKART, *&c. J'ai donné à la première transformation des Chenilles le nom de* fêves *& à la ſeconde celui de* Papillons, *ſimplement pour ceux qui volent le jour; & j'ai apellé avec* MOUFFET Papillons nocturnes *ceux qui ne volent que la nuit; j'ai de même donné le nom de* Mouches *& d'*Abeilles *à la ſeconde transformation des Mites & des Vers.*

J'ai donné aux plantes les noms que leurs donnent les habitans du païs & les Indiens; & Mr. GASPAR COMMELIN *Docteur en Medecine, Profeſſeur en Botanique au College de Medecine, & de l'Accademie Leopoldine a ajouté dans des notes au bas des pages les noms & ſurnoms qu'on leur donne en Latin.*

J'ai reſolu, ſi le ciel m'accorde la vie & la ſanté, d'ajouter aux Obſervations, que j'ai faites en Allemagne, celles que j'ai recueillies en Friſe & en Hollande & de les publier en Latin & en Hollandois.

TRANS-

MARIÆ SIBILLÆ MERIAN
DISSERTATIO
DE
GENERATIONE
ET
METAMORPHOSIBUS
INSECTORUM
SURINAMENSIUM:

In quâ, præter

VERMES & ERUCAS SURINAMENSES,
EARUMQUE ADMIRANDAM METAMORPHOSIN,

Plantæ, flores & fructus, quibus veſcuntur, & in quibus fuerunt inventæ, exhibentur.

HIS ADJUNGUNTUR

BUFONES, LACERTI, SERPENTES, ARANEÆ,
ALIAQUE ADMIRANDA ISTIUS REGIONIS ANIMALCULA;
omnia manu ejuſdem Matronæ in America ad vivum accuratè depicta, & nunc æri inciſa.

ACCEDIT

Appendix Transformationum PISCIUM in RANAS,
& RANARUM in PISCES.



HAGÆ COMITUM,
Apud PETRUM GOSSE.
cIↃ IↃCC XXVI.


J. Mulder Sculp.

TRANSFORMATION
DES
INSECTES DE SURINAME.

EXPLICATION DE LA FIGURE I.

A*Nanas* inter omnes fructus terrarum edules facile princeps, meritò etiam in hujus Operis Obſervationumque mearum ordine ducit agmen: florentem exhibet Figura prima, qui in ſequenti maturus conſpiciendus erit. Parva ejuſdem variegata folia, quibus proximè inſidet fructus, rutilantis ſunt inſtar ſerici, flavis maculis ornati; tenera ad latus germina, poſtquam maturus decerptus eſt fructus, ulteriùs excreſcunt; folia oblonga exteriùs viridi ſed glauco, interiùs herbaceo ſunt colore in margine quodammodo rubeſcentia, validis aculeis munita. Quod ad cætera pulcherrimum hunc ſuaviſſimumque fructum varii doctiſſimi Viri, veluti Piſo & Marcgravius in Hiſtor. Braſil., Reede in Part. XI. Horti Malabarici, Commelinus in Part. I. Horti Amſtelodam. ut & alii uberius deſcripſerunt; quamobrem ad meas de Inſectis Obſervationes progreſſura, circa illum non amplius morabor.

Inſectorum in America omnium notiſſima ſunt ita dictæ *Kakkerlacæ*, quod maxima ubique damnum & incommoda afferant incolis, horum lanificia & lintea devaſtando ac cibum potumque corrumpendo. Dulcia quæque communis ipſis ſunt eſca, quâ de cauſâ & hoc fructu tantopere delectantur. Acervatim ſua accumulant ſemina, quæ, perindè ac nonnullæ in noſtris regionibus faciunt Araneæ, telâ in gyrum ductâ obtegunt. Ovulis maturitatem nactis, ac perfectis demùm fœtibus, rodendo teſtas ovulorum frangunt ſummâque excurrunt celeritate tenellæ *Kakkerlacæ*, atque cum formicis majores non ſint, per rimas ſerrarumque clauſtra in thecas & ſcrinia nullo negotio penetrant, ubi corrodunt omnia atque depaſcunt. Tandem in illam augentur molem, quâ Tabula Prima iſtarum unam depictam ſiſtit, coloris è fuſco albicantis. Ubi perfectam denique acquiſiverunt magnitudinem, diſruptâ in dorſo pelle, alata prodit *Kakkerlaca*, mollis & alba, remanentibus exuviis, priſtinam inſecti formam inani cute mentientibus.

In oppoſito latere hujus fructûs aliud quoddam *Kakkerlacarum* genus conſpicitur, quod ipſum in fuſco quodam ſacculo ſub ventre recondita gerit ſemina; verum hunc ſacculum tacta animalcula ſtatim dejectum linquunt, ut citiùs avolare fugamque capeſſere poſſint. Ex ſacculo fœtus proveniunt, qui eandem cum prædictis majoribus, ſine alio diſcrimine, ſubeunt metamorphoſin.

Diverſa, quibus planta hæc à diverſis Auctoribus inſignitur, nomina, collecta reperiuntur in Flora Malibarica mea, ſuper XII. Partes Horti Malabarici conſcripta.

L'Ananas *étant le plus excellent des fruits que l'on mange, il eſt bien juſte qu'il tienne le prémier rang dans cet ouvrage & dans l'ordre de mes obſervations. La prémiere figure le repréſente tel qu'il eſt lorſqu'il fleurit; & dans la ſuivante on le voit mûr. Les petites feuilles panachées qui ſont ſous le fruit, reſſemblent à un ſatin rouge tacheté de jaune, les petits rejettons qui ſont à côté continuent à croitre lorſque le fruit mûr a été cueilli. Les feuilles ſont longues, en dehors d'un verd de mer, en dedans d'un verd de prairie, le bord paroit rougeatre & eſt rempli de pointes aſſez fortes. Au reſte pluſieurs Savans ont parlé fort au long de ce fruit, auſſi beau à la vûë qu'agreable au gout*; Piſon & Marcgrave *en ont traité dans* l'Hiſt. du Breſil, Reede *dans la* XI. Part. de l'Hort. Malab., Commelin, *dans* la I. Part. de l'Hort. Amſtel. *&c. ainſi je m'en raporte à ces Savans pour paſſer à mes obſervations ſur les* Inſectes.

Les Kakerlaques *ſont de tous les Inſectes de l'Amerique, ceux que l'on connoit le plus, par les maux & les pertes qu'ils cauſent aux habitans, dont ils rongent les étofes de Laines & les Toiles, & dont ils gatent la boiſſon & le manger. Ils aiment ſur tout les choſes douces, c'eſt pourquoi ils ont une inclination extraordinaire pour* l'Ananas. *Ils jettent leur ſemence en monceau & l'envelopent d'un fine taye comme ſont en Europe certaines Araignées. Lorſque leurs œufs ſont en maturité, & que les jeunes ſont formez dedans, ils en rongent eux-mêmes la coque & en ſortent avec précipitation; & n'étant pas plus gros qu'une fourmi, ces jeunes* Kakerlaques *ſe fourent facilement, par les fentes ou par la ſerrure dans les cofres & dans les armoires, où ils rongent & detruiſent tout. Enfin ils deviennent de la grandeur que l'on en voit un repreſenté dans la prémiere figure, d'une couleur brune griſatre. Lorſqu'ils ont pris leur croiſſon, leur peau ſe fend ſur le Dos & il en ſort un* Kakerlaque *aîlé, mol & blanc, ſes depouilles reſſemblent à un* Kakerlaque, *mais elles ſont vuides en dedans.*

De l'autre côté du fruit on voit une autre Eſpèce de Kakerlaques, *qui porte ſes œufs ſous le ventre dans un petit ſac brun; mais dès que l'on touche l'animal, il quitte ce ſac, pour ſe ſauver avec plus de légèreté; il en ſort des jeunes auxquels il arrive les mêmes transformations qu'aux gros dont nous venons de parler, ſans aucune diference.*

On trouve dans ma *Flora Malabarica:* que j'ai compoſée ſur les douze parties de l'*Hortus Malabar.*, les diferens noms que les Ecrivains ont donné à cette Plante.

EXPLICATION DE LA FIGURE II.

Hic *Ananas* eſt maturus, qui antequam comedatur, pelle ſuâ nudandus eſt, quippe hæc pollicem craſſitie adæquans, ſi tenuior auferatur, fibrillas quasdam retinet inter edendum linguæ cum aliquo doloris ſenſu inhærentes. Guſtu fructus hic uvas, mala punica, ribeſia, poma atque pyra inter ſe miſta refert, omnium enim horum fructuum ſaporem quaſi in uno illo ſimul reperies. Odor ejus fortis eſt ac gratus, integrum conclave ſuavitate ſuâ replens, ſi diſſecetur fructus. Corona quâ tegitur, item germina ad latus excreſcentia, terræ mandata, novas producunt plantas, quæ zizaniorum in modum latè creſcunt, tenui hujuſmodi germine ſpatium ſex menſium ad perfectam maturitatem nanciſcendam requirente. Tam crudus, quam coctus comeditur fructus; & quod indè ſive prælo ſive igne poteſt elici vinum ac ſpiritus ardens, utraque gratiſſimo ſapore alia id genus omnia ſuperant.

Eruca huic inſidens Ananæ anno 1701. à me in graminibus illi proximis reperta eſt, ſub initium menſis Maji: colore gaudet ſubviridi, atque per univerſam corporis longitudinem ſtriâ rubrâ & albicante inſignitur. Die Maji 10. in nympham transfigurata, ulteriùs die 18. Maji in elegantiſſimum mutabatur Papilionem diurnum, flaveſcentem, pulchriter ſplendentibus viridibuſque maculis ornatum, qualis & in aëre volitans & fructui inſidens exhibetur.

In Coronâ hujus Ananæ rubicundus hæret vermiculus, tenuiſſimam nectens telam, cui parva involuta eſt nympha: ille ipſe vermiculus eſt, qui Coccinellam devorat; cujuſmodi plures non ſolum ipſa collegi, verum etiam inter Coccinellam ad noſtras regiones delatam invenire licet; veluti cuilibet novitatis avido in rei examine patebit. Supra telam nunc dictam iſtius vermiculi in coronâ fructûs quædam hæret aurelia, in cujus aperta pelle reperi Coccinellam, quæ in ſummitate coronæ depicta exhibetur, nihilque aliud eſt, quam corpus binorum Scarabæorum, alterius volitantis, alterius ſedentis, qui in eâdem Tabulâ repræſentantur, nigricante alarum aliàs rubicundarum limbo. Atque hæc ad ornamentum Figuræ ſolum addidi, ex ſiccatâ enim Coccinellâ tantummodo collecta ſunt, neque ad metamorphoſes Americanas ſpectant: idemque ab aliis Naturæ curioſis obſervatoribus notatum eſt. Inter illos vid. Leuwenhoekii Epiſtol. 60. & 28. Novemb. 1687. pag. 141. uſque ad 144. item Blankardum de Inſectis pag. 215.

Quod ſi oculo per microſcopium armato Papilionem aſpicias, farinaceus pulviſculus, quo obducuntur alæ, uti ſquamæ piſcium apparent; quælibet ſquamula tres quaſi dentes habet longioribus pilis inſtructos, omneſque eo ſunt ordine poſitæ, ut ſine magno labore numerari poſſent: at corpus ipſum plumis ſcatet interſitiſque pilis.

On voit dans cette planche un Ananas *mûr; il faut le peler pour le manger. Sa peau eſt de l'épaiſſeur d'un pouce, & ſi on ne l'enleve pas toute entière, il reſte de petits fibres qui incommodent & cauſent de piquantes douleurs à la langue. Le gout de ce fruit eſt le même que celui qu'auroit du Raiſin, des Grenades, des Groſeilles, des Pomes & des Poires mêlées enſemble. L'odeur en eſt forte & agreable; & lorſqu'on le coupe il parfume tout une chambre. La couronne dont il eſt couvert, & les rejettons qui croiſſent à côté, étant mis en terre produiſent de nouvelles plantes, & pouſſent de tous côtez comme la mauvaiſe herbe. Il faut au moins ſix mois aux rejettons pour parvenir à une entière maturité. On mange ce fruit, comme on veut crud ou cuit; on en peut tirer par le feu & par le preſſoir du Vin & du Brandevin très agreables, & qui l'emportent ſur toute les autres boiſſons de cette eſpèce.*

J'ai trouvé au commencement de Mai 1701. *dans des herbes près d'un Ananas la Chenille que l'on voit ſur celui-ci; Elle étoit verdatre, avec une raye rouge & blanche tout le long de ſon corps. Le* 10. *de Mai, elle ſe changea en* * fève, *d'où le* 18. *du même mois ſortit un très-beau papillon, jaunatre & marqueté d'un verd brillant, & tel qu'il eſt ici repréſenté volant & en repos.*

Sur la Couronne de cet Ananas, il y a un petit vers rouge, qui file un Coccon fort mince qui envelope une petite fève; *c'eſt ce vers qui digere la Cochenille. J'en ai pris moi-même pluſieurs & il s'en trouve tous les jours dans la Cochenille qu'on tranſporte en Europe; ce que tout curieux peut experimenter. Au deſſus du Coccon filé par cet Inſecte ſur la couronne de ce fruit, on trouve une petite fève, dans laquelle, en coupant la peau, j'ai trouvé la Cochenille ainſi qu'elle eſt ici peinte au ſommet de la couronne; ce n'eſt autre choſe que le corps des deux Eſcarbots repreſentez dans la même planche l'un volant, l'autre en repos, dont les aîles rouges ſont bordées de noir. Ce que je n'ai ajouté ici que pour l'ornement de la planche, ne les aïant tiré que de la Cochenille ſèche, comme ont fait d'autre curieux Obſervateurs de la Nature, ſans que ceci concernât les transformations de l'Amerique. Conſultez ſur ce ſujet la* 60. *Lettre de* Leuwenhoek *du* 28. *Novembre* 1687. *depuis la page* 141. *juſqu'à* 144. & Blankard *ſur les Inſectes page* 215.

Si l'on conſidère le Papillon avec le Microſcope, on lui trouve les aîles couvertes d'un fine pouſſière comme de la farine, qui y forme comme des écailles, telles que celles de poiſſons; dont chacune a trois dents avec quelques poils fort longs, & elles ſont diſpoſées de maniere qu'on peut les compter ſans peine. Tout le corps eſt couvert d'eſpèces de plumes mêlées de poils.

* Les Latins l'apellent *Nympha* & *Aurelia* & les Hollandois *Poppetje*.



P. Sluyter sculp.



J. Mulder Sculp.

3

EXPLICATION DE LA FIGURE III.

HIc fructus in regione Surinamenſi Parvum *Suurſak* * vocatur Belgico idiomate, perinde uti Magnum Icone XIV. exhibebitur. Arborum creſcunt modo, vilem ac fere inutilem gerentes fructum, qui exteriùs flaveſcit, interiùs nigris ſeminibus medullâque albâ repletus eſt.

Reperi in hac arbore anno 1700. menſe Auguſto pulchram iſtam viridemque Erucam, quæ foliis illius nutrita uſque ad diem 18. Auguſti, depoſitis exuviis in nympham punicei coloris mutabatur; hæc vero die Septembris 12. in nigricantem iſtiusmodi albicantemque Papilionem nocturnum rursùs tranſibat. Duplici ſunt inſtructi Proboſcide hi papiliones, quam mel ex floribus ſucturi ita componunt, ut unica veluti formetur fiſtula, pabulo tranſmittendo apta, quo peracto, proboſcidem in arctum convolutam ita ſub capite inter pilos recondunt, ut vix inveniri rurſus queat. Aliàs noctu ſolum circumvolitant, vitâque gaudent ſatis tenaci. Microſcopio adhibito, alarum pulviſculus plumas gallinarum variegatas coloris fuſci, albi & nigri repræſentat: corpus ipſum Urſi inſtar hirſutum eſt, neque oculo à pilis immuni: proboſcidem Anatis ſive Anſeris tracheam eſſe diceres: pedes denique & antennæ tanquam longè pulcherrimum papilionis ornamentum apparent.

CE fruit ſe nomme à Suriname petit Zurſak, *on verra le grand dans la figure XIV. La plante croît comme un arbre, & porte un fruit mauvais & inutile, jaune au dehors, & au dedans rempli de pepins noirs & d'une moelle blanche.*

Au mois d'Août de l'an 1700., *j'ai trouvé ſur cet arbre la belle Chenille verte que l'on voit ici. Je l'ai nourie des feuilles du même arbre juſqu'au* 18. *d'Août; & après avoir changé de peau, elle s'eſt transformée en une* fève *brune, d'où ſortit le* 12. *Septembre un Papillon* * nocturne *noir & blanc, tel qu'il eſt ici repreſenté. Ces ſortes de Papillons ont une double trompe qu'ils diſpoſent d'une telle maniere pour ſuccer le miel des fleurs, qu'elle ne paroît qu'un tuyau par lequel ils tirent leur pature; après quoi ils replient cette trompe & la cachent ſous les poils de leur tête de maniere qu'on a de la peine à la decouvrir. Ils ne volent que la nuit, ſont vigoureux & vivent long-tems. Lorſqu'on les examine avec un Microſcope, la fine pouſſiere qui couvre leurs aîles, y forme des plumes comme celles d'une poule tigrée; le corps eſt velu comme un Ours, il y a du poil juſques ſur les yeux. La trompe reſſemble à la gorge d'un Canard ou d'une Oye, ſes pieds & ſes cornes ſont d'une grande beauté.*

* *Hujus plantæ ſpecies variæ in Prodromo Paradiſi Batavi ſub nomine* Anona *proponuntur, perinde ac in Horti Malabar. Part. III. ſub titulo* Anona marans & Attamarans. *Ex America in Belgium diverſarum* Anonæ *ſpecierum quotannis transmittuntur ſemina; earumque tres in Horto Amſtelodamenſi coluntur, præſertim magnitudine inter ſe diſcrepantes.*

On trouve pluſieurs ſortes de Zurſak ſous le nom d'*Anona*, dans le *Prodromus Paradiſi Batavi* & dans l'*Hortus Malab.* Part. III. ſous le titre d'*Anona Marans* & *Attamarans.* On tranſporte tous les ans d'Amerique en Europe des ſemences de pluſieurs Eſpèces d'*Anona.* On en cultive de trois ſortes dans le jardin des plantes d'Amſterdam qui diférent beaucoup ſur tout en grandeur.

* C'eſt pourquoi les Hollandois nomment cette ſorte de papillons *Uyl*, c'eſt-à-dire, Hiboux; & les Latins *Phalæna* ou *Balæna* du Grec Φάλαινα; mais les François n'ont pas de noms diſtinctifs pour cette eſpèce de Papillons; c'eſt pourquoi nous ajouterons dans la traduction le mot *nocturne*, pour les diſtinguer des autres.

EXPLICATION DE LA FIGURE IV.

PLanta hæc in America *Manihot* & *Manyot*, atque panis quem ex ipſius radice conficiunt, *Caſſava* nuncupatur. Octo vel novem pedum altitudine creſcit herba, trunco ſive caule rubicundo; eademque ut latè multùmque propagetur, in fruſta longitudine palmæ conſcinditur caulis, quæ terræ mandata, perinde ac fit de ſacchari arundine, poſt anni ſpatium aptam dant radicem pro pane indè conflando, veluti in ſequenti Figura V. conſpici poteſt.

Spadiceam hanc piloſamque Erucam Anno 1700. menſe Junio in herbâ reperi, ejuſdem folia depaſcentem, quibuſcum etiam ad diem 12. Junii porrò inſectum alui: tum in nympham mutabatur, qualis in uno foliorum hæret. Exin die 1. Julii hujusmodi Papilio fuſcis albicantibuſque maculis adſperſus producebatur: cujus generis in agris *Caſſavæ Domini de Vreedenburg* ingentem copiam circumvolitantem conſpexi, ubi hanc quoque obſervavi metamorphoſin.

Ad ornatum Figuræ cauli plantæ adhuc impoſui animalculum, quod vocatur *Sauvegard*, atque progreſſu temporis Crocodili magnitudinem decem vel duodecim pedum nanciſcitur. Cadavera pro paſtu ipſi inſerviunt, vivos tamen homines inſtar Crocodili non aggreditur. Cum ova ponit, ſingulari Naturæ ſolertiâ in fluviorum ripis excavat arenam prius fœmina, ibique â ſolis æſtu poſtmodum excluduntur ova. Hæc ipſa quoque Indorum cibus ſunt; magnitudine adæquant ova gallinarum, quas nobis attulit Calicutia, niſi quod paulò ſint oblongiora. Amphibium eſt, tam in terrâ, quam ſub aquis vivens animal, ideoque ſi deficiant cadavera vel piſces, formicis vel muſcis etiam veſcitur. Quod ſi hoc de Inſectis Opus brevi diſtributum iri, atque curioſis Lectoribus non ingratum fore animadvertero, forſan de animalibus iſtiusmodi integer Tractatus ſequetur.

Ette plante ſe nomme Manihot & Manyot *dans l'Amerique, où l'on appelle* Caſſave *le pain qu'on fait de ſa racine. Elle croit juſqu'à la hauteur de huit à neuf pieds, & ſa tige eſt rouge. Pour la multiplier, on coupe cette tige en morceaux de la longeur d'une palme, on les enterre, comme les Cannes de ſucre, & l'année ſuivante ils ont une racine dont on fait le pain, ainſi qu'on le verra dans la figure V. qui ſuit.*

J'ai trouvé dans le mois de Juin 1700. *cette Chenille brune & veluë ſur les feuilles de cette plante, dont elle ſe nouriſſoit & dont je l'ai nourie juſqu'au* 12. *du même mois qu'elle s'eſt changée en féve telle qu'on voit ici ſur une feuille. Le* 1. *de Juillet il en vint un Papillon tâcheté de noir & de blanc, dont j'ai vu une grande quantité voler dans les champs à* Caſſave *de Mr.* Vreedenburg, *où j'ai remarqué la même transformation.*

Pour l'embelliſſement de la planche j'ai mis ſur cette plante un petit animal que l'on nomme Sauvegarde *& qui avec le tems, devient grand comme un Crocodille de dix ou douze pieds. Il ſe nourrit de Charogne, mais il n'attaque pas les hommes comme le Crocodille. Lorſqu'il veut pondre ſes Oeufs, la Nature enſeigne à la femelle à creuſer le ſable ſur le bord de quelque Rivière, où elle laiſſe au Soleil le ſoin de les faire éclore. Les Indiens mangent ces Oeufs qui ſont gros comme ceux d'une poule d'Inde, mais un peu plus longs. Cet animal eſt amphibie, vivant également ſur terre & dans l'eau, en ſorte que quand il ne trouve point de Charogne, il fait la guerre aux Poiſſons, & au defaut de ceux-ci, il vit de mouches & de fourmis. Si je m'aperçois que ce Traité des Inſectes ſoit du goût du Public, je pourrai bien lui en donner un de ces ſortes d'animaux.*

Variæ ſunt plantæ, ex quarum radice in Americâ panem conficiunt Incolæ: uti ex Jucca foliis Aloës, *teſtante in Horto Farneſiano Aldino: ex ſpecie quadam* Ari, *de quo ſcripſi in Præludiis meis Botanicis. Communicaverat mecum illud* Arum *Clar. Naſſi, adjuncto, ex illius radice panem formare Indos: creſcitque adhuc dum in Horto Medico Amſtelodamenſi planta. Verum hoc* Manihot *videtur illud eſſe plantæ genus, quod omnium plurimum in India Occidentali præbet panem. Diverſis gaudet cognominibus: ita vocatur* Manihot Theveti; Jucca & Caſſavi J. B. Hiucca ſive Mandioca ex quâ Caſſavi, Parkinſ. Manihot Indorum ſive Jucca foliis Cannabinis, C. B. Pin. Ricinus minor, viticis obtuſo folio, caule verrucoſo, flore pentapetalo, albido, ex cujus radice tuberoſa ſucco venenato turgida Americani panem conficiunt. Sloan. Catal. Plant. Jamaic.

Il y a pluſieurs plantes dont les Americains font leur pain, comme du *Jucca foliis Aloës* comme le raporte *Aldinus* dans ſon *Hortus Farneſianus*; d'une eſpece d'*Ari*, dont j'ai parlé dans mes *Proludia Botanica*; Mr. Naſſi m'avoit donné cet *Ari*, en m'aſſurant que les Indiens faiſoient du Pain de ſa racine. Il y a une de ces plantes dans le jardin d'Amſterdam. Quoiqu'il en ſoit le Maniot eſt la plante qui donne le plus de pain dans les Indes Occidentales, & on lui donne pluſieurs noms, Thevet l'apelle *Manihot*, J. B. la nomme *Jucca* & *Caſſave*; Perkinſon, qui l'apelle *Hiucca* & *Mandioca* dit qu'on en tire la *Caſſave*; C. B. Pin. en parle ainſi *Manihot Indorum ſive Jucca foliis Cannabinis*; & Sloan dans Catal. Plant. Jamaic. dit *Ricinus minor viticis obtuſo folio, caule verrucoſo, flore pentapetalo, albido, ex cujus radice tuberoſa ſucco venenato turgida Americani panem conficiunt.*



P. Sluyter Sculp.

4


J. Mulder Sculp

EXPLICATION DE LA FIGURE V.

C*Aſſava* radix hæc nuncupatur, unde panis conficitur, communis Indorum Europæorumque in Americâ cibus. Et primùm quidem ex corraſâ radice ſuccus omnis exprimitur, cum iſte admodum ſit venenatus; dein radix expreſſa ferreæ imponitur laminæ, quali in noſtris regionibus pileorum ſtructores utuntur, & lenis huic laminæ ſupponitur ignis, ut quicquid ſupereſt humiditatis, probè exhalare poſſit; ſic denique in maſſam quandam coit, quæ figurâ & ſapore optimum Belgarum panem biscoctum refert. Quod ſi ab homine vel bruto expreſſus ſuccus bibatur, cum maximis crutiatibus ei moriendum eſt; coctus autem idem ſuccus optimum præbet neque noxium potum.

Magna nigricanſque Eruca, cujus & caput & pars poſterior colore ſanguineo, integrum verò corpus nigris & flavis inſignitur ſtriis, ingens meo tempore in Surinamenſium terrâ huic plantæ noxa erat; totos enim eâdem conſitos depaſcebat agros, hominum nutritioni deſtinatos. Menſe Decembri, Anni 1700. depoſita pelle in fuſcam ejuſmodi tranſivit nympham, quæ quatuor ſeptimanis poſt in Papilionem hanc nocturnam, ſeu phalænam ex albo nigroque elegantiſſimè variegatam, & maculis in corpore aurantii coloris inſignitam, degeneravit.

Appoſui ad ornandam magis Tabulam Serpentem, quæ naturâ ita contorta pulcherrimèque maculata, tumido ventre indicat, ova in illo contineri, iſtius generis, quam in radice Caſſavæ cernuntur. Ova hæc non ut avium, teſtâ, verùm eodem modo ut ova Crocodilorum & animalium quæ vocantur *Sauvegardes*, ſive etiam Teſtudinum, cute quâdam cœruleis hinc inde notatâ maculis obducta ſunt, ex oblongo rotunda.

C*Ette Racine ſe nomme* Caſſave; *on en fait le pain dont ſe nouriſſent en Amerique les Indiens & les Européens. Après avoir rapé cette racine, on en exprime tout l'humide, qui eſt venimeux. On met cette racine preſſée ſur une platine de fer telle que ſont celles des Chapeliers, on entretient deſſous un feu temperé pour en chaſſer tout ce qui reſte d'humide, & de cette manière il s'en forme une maſſe qui ne le cède pas au meilleur biſcuit de notre païs. Si un homme ou une bête boit de l'eau qui en ſort, il meurt dans des douleurs éfroyables; mais cette eau bouillie fait une très-bonne boiſſon.*

Cette groſſe Chenille noire dont la tête & le derriere ſont couleur de ſang & tout le corps rayé de noir & de jaune, faiſoit dans mon tems beaucoup de dégat à Suriname dans les terres où étoit cette plante; elles en ravageoient des campagnes entières deſtinées à la ſubſiſtance des habitans. Au mois de Decembre 1700. ayant changé de peau, elle ſe transforma en une fêve *brune, qui quatre ſemaines après produiſit un beau Papillon* nocturne *admirablement bien tâcheté de noir & de blanc, avec des tâches couleur d'orange ſur le corps.*

Pour embellir encore davantage cette planche, j'y ai ajouté un Serpent naturellement ainſi tortillé, & bien tâcheté. Son ventre un peu enflé marque qu'il porte ſes Oeufs qui ſont tels qu'on les voit ſur la racine de Caſſave. *Ces Oeufs n'ont pas une coque comme ceux des oiſeaux; mais comme ceux des Crocodilles & des* Sauvegardes, *ou même des Tortuës, ils ſont couverts d'une peau tâchetée de bleu, ils ſont oblongs.*

EXPLICATION DE LA FIGURE VI.

CArduus hic, in Americâ *Maccai* vocatus, ad quatuor ulnarum excreſcit altitudinem; florem profert album flavis ſtaminibus in medio ornatum: baccas gerit flaveſcentes ac rubicundas, quibus tam homines, quam aves veſcuntur. Truncus adeo tandem evadit magnus ac durus, ut ſecuri opus ſit ad eundem recidendum.

Rubicunda flaviſque inſignita ſtriis, quæ cernitur in ſummitate Eruca, longioribus, renitentibus ac fuſcis pilis obſita eſt; foliis hujus cardui paſcitur. Die 4. Auguſti Anni 1700. apud me, depoſitis priùs, more omnium Erucarum ſuis exuviis, in nympham abiit, telâ quâdam lignei coloris ſe ipſam involventem, unde poſtmodum die 30. Auguſti elegans producta eſt Phalæna.

Inferior Eruca flava eſt, atris notata maculis, piliſque oblongis onuſta. Mirum hoc eſt inſectorum genus, quod ingenti acervo ita congregatur, ut capite unius caudæ alterius annexo quaſi circulum efforment, quem ſi disjectis quibuſdam rumpas, ſtatim rurſus inſtar Mercurii vivi in unum coëunt. Carduus iſte pro eſcâ illis inſervit; die 20. Julii anni 1700. telâ nexâ ſemet obduxerunt, atque hinc die 24. Septembris primus Papilio nocturnus prodiit.

Uterque hic Papilio microſcopii ope conſpectus ferè pellem refert Urſi Hungarici, adeo hirſuti ambo & fœdi apparent, pilis inſtar ariſtarum hordei deformes, qui aliàs oculo non armato elegantiſſimi videbantur. Obſervavi, omnes nocturnos Papiliones pilis, diurnos plumis, Papilioneſque tranſparentes & vitreos ſquamis obſitos eſſe.

CE chardon porte en Amerique le nom de Maccai: *il croît à la hauteur de quatre aulnes, ſa fleur qui eſt blanche a en dedans des fibres jaunes. Son fruit eſt jaune & rouge; les hommes & les oiſeaux en mangent, & ſon tronc devient ſi grand & ſi dur qu'il faut employer la hache pour le couper.*

La Chenille que l'on voit au haut de la plante eſt rouge rayée de jaune & toute couverte de poils bruns, longs & fermes; elle ſe nourit des feuilles de ce chardon. Le 4. *d'Août* 1700. *ayant changé de peau chez moi, comme ſont toutes les Chenilles, elle ſe transforma en une* fêve *& s'envelopa d'un Coccon couleur de bois; enſuite il en vint un beau Papillon* nocturne.

La Chenille qui eſt plus bas eſt jaune, tâchetée de noir, & couverte de longs poils; c'eſt une eſpece d'Inſectes admirables: elles s'aſſemblent en grand nombre & s'atâchant tête à queue elles forment ainſi un grand cercle; ſi vous le rompez en en arrachant quelques-unes, auſſi-tôt, comme il arrive au Mercure, elles ſe réuniſſent. Elles ſe nouriſſent de ce Chardon. Le 20. *Juillet* 1700. *celle-ci s'eſt envelopée de ſon Coccon, & le* 24. *Septembre il en eſt ſorti un Papillon* nocturne.

En conſiderant ces deux Papillons avec le ſecours du Microſcope leur peau paroit comme celle d'un Ours de Hongrie; autant ils paroiſſent beaux à l'œil, autant ſont ils alors hideux & laids, leurs poils paroiſſant comme des Epics d'orge; j'ai remarqué que tous les Papillons nocturnes *ont du poil, & que les autres ont des plumes; & que tous les Papillons transparens ont des écailles.*

Hæc planta eſt Juripeba Piſonis & Cheru-Chunda *in Parte II. Horti Malabar. deſcripta ac depicta. Diverſa ipſius cognomina in Florâ Malabar. meâ collecta inveniuntur ſub titulo*, Solanum Indicum ſpinoſum, fructu minimo miniato, glabro, Raji.

Cette Plante eſt nommée *Juripeba Piſonis* & *Cheru-Chunda* dans la Part. II. Hort. Malab. où elle eſt decrite & depeinte. Elle a divers noms dans ma *Flora Malabar.* où on la trouve ſous le titre de *Solanum Indicum ſpinoſum, fructu minimo miniato Glabro, Raji.*



J. Mulder Sculp.



P. Sluyter. Sculp.

7

EXPLICATION DE LA FIGURE VII.

C*Eraſa Americana*, quæ hic exhibui, noſtris in Europâ ſapore haud æquiparanda ſunt: neque arbores etiam, quæ flore gaudent albo rubroque, magnitudinem Ceraſorum vel in Belgio vel in Germaniâ excedunt. Melioris tamen fortè notæ ac perfectioris coli poſſet fructus, ſi terram gens magis aſſueta labori, & quæſtûs minùs avida inhabitaret.

Binas ſolum hujusmodi flaveſcentes reperi Erucas, quarum altera mortua eſt, altera die 20. Aprilis in viridem aureliam transfigurata, poſtmodum die 26. Maji in tam pulchrum magnumque Papilionem mutata eſt.

L*Es* Ceriſes *d'Amerique, que j'ai repreſenté ici ne ſont pas à comparer aux nôtres pour le gout. L'arbre où elles croiſſent & qui porte une fleur blanche & rouge ne devient pas plus grand que les Ceriſiers ordinaires en Flandre & en Allemagne; peut-être pouroit-on rendre ce fruit meilleur, ſi cette terre étoit cultivée par une Nation plus laborieuſe & moins avide du gain.*

Je n'ai trouvé que deux de ces Chenilles jaunes, dont l'une mourut & l'autre après s'être transformée le 20. Avril, en une fève *verte, devint le 26. Mai un beau & grand Papillon tel qu'il eſt ici repreſenté.*

EXPLICATION DE LA FIGURE VIII.

J*Aſminum Indicum*, ita vocatum in Americâ, in proceram arborem excreſcit; flores fert ponderoſos & denſos, odoris longè ſuaviſſimi; Folia viridia itidem ſunt craſſa & ſucculenta; ubi ramulum decerpſeris, lacteus effluit liquor. Facillimè propagatur; modò ramum decerptum terræ mandaveris, antequam lacteus humor ſit effuſus, iſte paucorum menſium ſpatio magna arbor evadet.

Fronde Jaſminorum veſcitur coronata hæc Eruca, quæ die 20. Septembris in nympham, atque exin die 11. Octobris in elegantem hujuſmodi & undulatum quaſi Papilionem abiit, exterius ſex ordine maculis albis in utrâque alâ notatum, interius ex atro rubroque inſignitum. Ubi oculis microſcopio munitis animalculum contemplatus fueris, admiranda ejus Tibi apparebit pulchritudo, digna quæ intentiùs adſpiciatur, cum verbis eadem deſcribi aut exprimi nequeat.

C*Ette plante que je nomme, ainſi que je l'ai oui nommer en Amerique*, Jaſmin des Indes, *devient un grand arbre, & porte beaucoup de fleurs aſſez peſantes, dont l'odeur eſt très agréable.* *Ses feuilles vertes ſont épaiſſes & remplies de ſuc; & lorſqu'on en rompt une branche, il en ſort une eſpece de lait. Cet arbre multiplie aiſément, & pourvû qu'on en plante une branche en terre avant que toute l'humeur lactée en ſoit écoulée, au bout de quelques mois elle devient un grand arbre.*

Cette Chenille couronnée vit des feuilles de cet arbre. Celle-ci s'étant transformée en féve le 20. *de Septembre, devint le* 11. *d'Octobre un beau Papillon ondé tel qu'on le voit ici, ayant en dehors ſix tâches blanches bien rangées ſur ſes deux aîles qui par deſſous ſont rouges & noires; lorſqu'on examine cet Inſecte avec le Microſcope, on eſt charmé de ſa beauté que l'on trouve digne de la plus grande attention & qui eſt telle qu'il n'eſt pas poſſible d'en faire une deſcription complette.*

Hanc arborem Hernandes in Hiſtor. ſua Mexicana cap. 33. *nomine* Quauthlepatli, *ſive* Arbor Ignea, *deſcribit: ſicut etiam in Part. II. Hort. Amſtelodam. cap. XXIV. ſub titulo* Apocynum Americanum fruteſcens, longiſſimo folio, flore albo odorato, *proponitur.*

Hernandes nous a donné la deſcription de cet arbre dans ſon Hiſtor. Mexic. cap. 33. ſous le nom de *Quauthlepatli* ou d'*Arbor Ignea*; il en eſt auſſi parlé dans le Chap. XXIV. de la ſeconde Partie de l'*Hort. Amſtelodam.* ſous le nom d'*Apocynum Americanum fruteſcens, longiſſimo folio flore albo odorato.*





EXPLICATION DE LA FIGURE IX.

G*Ranata Arbor* cum flore & fructu libenter quidem in agro Surinamenſi creſcit, parùm tamen ab Incolis colitur. Quandoquidem in Europâ etiam ſatis nota jam eſt, in illâ largiùs deſcribendâ non perſiſtam.

Flavam hanc Erucam in regione Surinamenſi foliis Granatæ nutrivi, uſque dum die 22. Aprilis fixa hærens in cinerei coloris nympham, & ex eâ poſtmodum die 8. Maji in Papilionem hunc venuſtiſſimum mutaretur; qui ex argenteo cœruleoque tinctus, margine fuſco circumdatus, circuliſque ſemilunaribus inſignis eſt, adſperſis in latere oppoſito, quod puniceum, maculis flaveſcentibus. Maximâ gaudet velocitate, quando circumvolat inſectum.

Microſcopio in uſum vocato, cœruleus hic Papilio tegulas ejuſdem coloris, uti tectis inſtratæ jacent, exactè refert; adeo eleganti & concinno ordine latiores quædam plumæ, quales ſunt pavonum, alis impoſitæ videntur, quæ tanto inſuper ſplendore fulgent, ut diligentem ille contemplationem prorſus mereatur, quippe cùm non poſſit vel calamo exponi vel ſcripto explicari.

L*E* Grénadier *croît dans les campagnes de Suriname, il y porte des fleurs & du fruit, & il paroît que ce terroir lui convient, neanmoins les Habitans n'en font pas grand cas. Comme cet arbre eſt aſſez connu en Europe, nous n'en ferons pas de deſcription.*

J'ai nouri à Suriname cette Chenille jaune de feuilles de Grénadier, juſqu'à ce que le 22. d'Avril elle ſe fixa & ſe transforma en une fêve couleur de cendre, d'où ſortit ce beau Papillon, le 8. de Mai. Il eſt d'un bleu argenté, bordé d'une bande brune, chargée de demi-lunes blanches. Le deſſous eſt brun, tacheté de jaune. Lorſqu'il vole, c'eſt avec une grande viteſſe.

En conſiderant ce Papillon à l'aide du Microſcope, on diroit qu'il eſt couvert de petites tuiles bleuës, comme celles dont on couvre les maiſons; quelques-unes de ſes plumes les plus larges, ſont rangées dans un bel ordre ſur les aîles, & telles que ſont celles de la queuë des Paons; elles jettent un grand éclat, & l'on peut dire qu'il merite d'être examiné, car on ne peut ni en peindre, ni en décrire toute la beauté.

EXPLICATION DE LA FIGURE X.

X*Ylon* arboreum Surinamenſe citò excreſcit, atque tempore ſex menſium è ſemine in arborem, altitudine mali cydoneæ noſtratis æmulam, elevatur. Foliis virentibus ad vulnera refrigeranda & ſananda utuntur Indi. Flores gerit duplices, & rubicundos & ſulphureos, rubicundi ſteriles ſunt ac fructum nullum dant, ſulphurei goſſypium proferunt. Scilicet poſt florem ſequitur capitulum, iſtius loco progerminans, quod ipſum ubi ſuam nactum eſt maturitatem, fuſcum evadit atque dehiſcens albiſſimum goſſypium exhibet, tribus conſtans partibus, quarum quælibet nigricans ſemen continet, cui goſſypium adhæret. Ex hoc goſſypio fila ducunt, telaſque conficiunt pro lectis pendulis, in quos ad quietem ſe componant, Indi.

Duplicis generis Erucam hæc arbor mihi exhibuit: inferiorem nigricantem ad diem uſque 20. Martii viridi ejuſdem fronde alui; tum verò depoſitis exuviis, in aureliam mutata eſt, ex qua die 28. Aprilis 1701. phalæna colore goſſypium referens producta eſt.

Superior albicans pariter foliis hujus arboris paſcitur. Hæc die 9. Junii in nympham transformata, exin die 24. Julii facta eſt Papilio, argenteis puniceiſque maculis ſuperbiens.

Prior albicans phalæna ſi ope Microſcopii conſpiciatur, tanquam ex albis nigriſque plumis, quæ tamen ad pilos magis accedunt, videtur eſſe conflata, binis ejus corniculis binos ſerpentes ex albo nigroque variegatos referentibus.

Alter autem iſte Papiliunculus in dorſo copioſam gerit plumam, ſubtùs exiguas quaſdam protuberantias coloribus longè pulcherrimis tinctas, plumarum enim quaſi ſunt elevati faſciculi, rubente, coeruleo, purpureo, aureo argenteoque colore ſuaves, qualis eſt pavonum pluma. Extremitates alarum ad caudam eminentes pariter elegantiſſimæ ſunt plumarum criſtæ; antennæ binos repræſentant atros ſerpentes.

LE Cotonier *de Suriname croît très vite, car ſix mois après avoir été ſemé c'eſt un arbre auſſi grand que ſont en Europe les Cognaſſiers. Les Americains en apliquent les feuilles vertes ſur les playes nouvelles, tant pour les rafraichir que pour les guerir. Cet arbriſſeau porte de deux ſortes de fleurs, les unes rouges, & les autres d'un jaune de ſoufre: les premières ne portent pas de fruit, le* coton *vient des jaunes. Quand la fleur tombe, un bouton prend ſa place, il croît, & lorſqu'il eſt mûr, il eſt de couleur brune, ſe fend & montre le coton d'un beau blanc, qui comprend trois parties, dont chacune renferme une ſemence noire à laquelle le coton eſt attaché. Ils le filent & ils en font de la toile, dont ſont faits leurs* Hamaks, *ou lits ſuſpendus.*

J'ai trouvé ſur cet arbre deux ſortes de Chenilles. Celle d'en bas qui eſt noire, a vêcu de feuilles vertes de cet arbre, juſqu'au 20. *de Mars. Alors après avoir changé de peau, elle ſe transforma en une* fève, *d'où ſortit le* 28. *Avril* 1701. *un Papillon couleur de coton.*

La Chenille qui eſt un peu plus haut étoit blanchâtre; elle ſe nourit auſſi des feuilles du Cotonier. Le 9. *de Juin elle ſe changea en* fève, *& le* 24. *Juillet en un Papillon* nocturne *couvert de taches argentées & brunes.*

Lorſqu'on examine le premier Papillon avec un Microſcope, il paroit comme couvert de petites plumes noires & blanches, qui reſſemblent beaucoup à des poils. Ses cornes reſſemblent à un Serpent marqueté de blanc & de noir.

L'autre petit Papillon eſt tout couvert de plumes ſur le dos. Deſſous ſes ailes on voit de petites puſtules dont les couleurs ſont admirables, ce ſont comme de petits toupèts de plumes rouges, bleuës, dorées, & argentées, comme une plume de Paon. Les extremitez des aîles s'élevent vers la queuë comme de petites houpes de belles plumes. Ses cornes paroiſſent deux petits Serpens noirs

Xylon arboreum *duplici flore gaudere, primus Hermannus in Horto Lugdunenſi obſervavit, unde tanquam binas ſpecies diverſas arboris illud proponit; quem ſecutus eſt in Inſtitut. Rei Herbar. Tournefortius. Verum ſecundùm hanc Autoris noſtræ deſcriptionem duplices iſti flores in unâ eâdemque arbore reperiuntur, hoc tantùm cum diſcrimine, ut capſulæ ſeminales nullæ poſt rubicundum, ſed ſolummodo poſt florem flavum, ſequantur. Prior ſub nomine* Xylon arboreum *J. B. poſterior ut* Xylon arboreum flore flavo *à Tournefortio proponitur, ubi & aliæ denominationes ejusdem exhibentur.*

Hermannus eſt le premier qui a obſervé dans ſon *Hortus Lugdunenſis* que le Cotonier portoit deux ſortes de fleurs; c'eſt pourquoi il en a parlé comme de deux eſpéces d'arbres; *Tournefort* l'a ſuivi dans ſes inſtructions ſur la Botanique. Mais ſuivant notre Auteur, c'eſt le même arbre qui porte deux ſortes de fleurs, avec cette ſeule diference qu'après la chûte des fleurs rougeâtres il ne paroit aucun bouton qui renferme la ſemence; ce qui arrive après la chûte des fleurs blanches. J. B. parle du prémier ſous le nom de *Xylon arboreum*, & Tournefort du ſecond ſous celui de *Xylon arboreum flore flavo*, dont il donne les divers noms.



10

P. Sluyter Sculp.



22

EXPLICATION DE LA FIGURE XI.

HIc ramus eſt arboris Surinamenſis Belgico idiomate *Palliſaden-Boom* vocatæ, ex quâ fiſſâ aſſeres conficiunt; quibus in Americâ utuntur ad domus ſuas vel caſas exſtruendas, quatuor trabibus ad quatuor angulos in terram defixis pro aſſerum fulcimento. Florem gerit arbor flaveſcentem, denſum verò & ponderoſum, adeo ut poſt eundem deciduum in altum rurſùs erigatur ramus, undè propendebat. Capſulæ ſeminales ſunt inſtar ſcoparum, cui etiam inſerviunt uſui apud incolas; ſcatent ſeminibus, figurâ & magnitudine ſemina milii referentibus.

Quod cernis Erucarum genus, flaveſcens, nigris notatum ſtriis, & ſex ſpiculis armatum, ter hanc arborem ſingulis annis infeſtat. Cùm ad magnitudinis ſuæ tertiam acceſſerunt partem, deponunt exuvias atque aurantium nanciſcuntur colorem, ſingulis ſegmentis nigricante rotundâque maculâ conſpicuis; ſex item ſpiculis ut antea muniuntur: verum paucos dies poſt, iterum mutatâ pelle, ſpiculis inermes apparent. Anno 1700. die 14. Aprilis ex Erucis mihi factæ ſunt nymphæ, quæ die 12. Junii in appoſitas phalænas tranſierunt. Inferior ex his & minor mas, ſuperior & major fœmina eſt.

ON voit dans cette planche une branche d'un arbre de Suriname que l'on nomme Paliſſade *dans le païs: en le fendant on en fait des Ais, & les Americains en conſtruiſent leurs maiſons dont les quatre coins ſont quatre ſolives enfoncées en terre qui ſervent à ſoutenir ces Ais. Cet arbre porte une fleur jaune, épaiſſe & péſante, de manière que quand cette fleur eſt tombée, la branche ſe releve & croît. Les gouſſes qui renferment la ſemence forment comme un balais de bouleau, & éfectivement on s'en ſert quelquefois comme de balais. Ces gouſſes portent beaucoup de ſemence qui reſſemble au Millet pour la figure & la groſſeur.*

L'eſpèce de Chenilles que l'on voit ici, jaunes rayées de noir & armées de ſix pointes, ſe trouve trois fois par an ſur cet arbre. Quand elles ſont parvenuës au tiers de la grandeur qu'elles doivent avoir, elles changent de peau, & en revêtent une couleur d'orange avec une tache noire & ronde ſur chaque diviſion; elles ſont comme auparavant armées de ſix pointes; mais quelques jours après elles changent encore de peau, & perdent ces pointes. Le 14. *Avril* 1700. *mes Chenilles de cette eſpèce ſe transformèrent en* fêve; *& le* 12. *de Juin, il ſortit des* fêves *les Papillons* nocturnes *que vous voyez. Celui d'en bas qui eſt le plus petit étoit le mâle, & celui d'en-haut, qui eſt plus grand, étoit la femelle.*

EXPLICATION DE LA FIGURE XII.

B*Anana* hic fructus in Americâ vocatus, loco pomorum inſervit, grati quippe ſaporis, perinde ac in Belgio poma, & coctus pariter atque crudus ſuavis eſt. Cùm maturus nondum evaſit, ex albo flaveſcit, maturus citrino extùs & intùs colore tinctus eſt, cortice craſſiore inſtar citri munitus. More racemorum pendet fructus, quâlibet arbore unicum ſolummodo proferente racemum, qui 9. vel 10. habet circulos, horum autem ſinguli 12. vel 14. gerunt fructus, omnes ſurſum ſpectantes. Ejuſmodi racemus tantæ eſt magnitudinis, quantæ aliquis ferendo par eſſe poteſt. Florida ſimul cum fructu eſt arbor: flore elegantiſſimo apparente, qui conſtat ex quinque foliis corii adinſtar craſſis, coloris quidem ſanguinei, ex oppoſito autem latere quaſi rore cœruleo onuſtis. Arbor ceu braſſica ſpongioſa eſt, truncus folioſus & ex variis conflatus tegumentis, quæque erumpunt germina, ſex menſium ſpatio in 13. pedum altidudinem excreſcunt, & craſſitiem proportione habita malo craſſiori navium parem. Folia ſeptem pedibus longiora, dimidioque latiora ſunt, ſuaviter vireſcentia; pani eadem ſubſternunt incolæ, quo poſſint commodè illum clibano ingerere.

Erucam ex albo virideſcentem in arbore iſtâ reperi, cujus etiam foliis à me ad diem 21. Aprilis nutrita fuit, cùm ſepoſitis exuviis in nympham abiit, poſtmodum die 10. Maii in pulchram hanc phalænam mutata.

Planta hæc eſt Muſa Serapionis, *tot diſtinctis inſignita nominibus, quot de illâ ſcripſerunt Auctores. Omnia hæc nomina congregata, in* Florâ Malabaricâ *meâ ſub nomine* Ficoïdes ſeu Ficus Indica, longiſſimo latiſſimoque folio, fructu longiſſimo, Muſa Serapionis dicta *Herm. Cat. propoſita invenies.*

C*E fruit ſe nomme* Banane *en Amerique, où il tient lieu de Pommes, car il a le même goût agreable que les Pommes des Païs-Bas; on le mange cuit & crud. Quand il n'eſt pas tout-à-fait mûr, il eſt d'un blanc jaunâtre, & celui qui eſt mûr eſt couleur de citron en dedans comme en dehors. Ce fruit a la peau épaiſſe comme celle du citron & il eſt par grape comme le raiſin; mais chaque arbre ne porte qu'une grape qui a 9. ou 10. étages & chaque étage 12. ou 14. fruits, tous élevez. Chaque grape eſt autant qu'un homme peut porter. Cet arbre porte en même tems des fleurs & des fruits. La fleur eſt belle; elle conſiſte en cinq feuilles épaiſſes comme du cuir & rouges comme du ſang, mais le deſſous eſt couvert d'une fleur bleuâtre. L'arbre eſt ſpongieux comme un choux; le tronc conſiſte en pluſieurs écorces, & les rejètons qu'on en plante, montent en ſix mois de tems juſqu'à la hauteur de 13. pieds, épais à proportion comme un mât de vaiſſeau. Ses feuilles ont ſept pieds de long, & trois & demi de large; elles ſont d'un verd agreable; les Americains les mettent ſous le pain avant de le mettre au four.*

J'ai trouvé ſur cet arbre une Chenille d'un verd clair; je l'ai nourie de ſes feuilles juſqu'au 21. Avril qu'elle changea de peau, & enſuite ſe transforma en fêve, *d'où il ſortit le 10. de Mai le beau* Papillon nocturne *que l'on voit ici.*

Cette plante eſt la *Muſe de Serapion* qui a autant de noms, qu'il y a d'Auteurs qui en ont écrit: je les ai tous raportez dans ma *Florâ Malabaricâ*, ſous celui de *Ficoïdes, ſeu Ficus Indica, longiſſimo latiſſimoque folio, fructu longiſſimo, Muſa Serapionis dicta* on peut conſulter Herm. Cat.



12



D. Stoopendaal Sculp.

13.

EXPLICATION DE LA FIGURE XIII.

HIc ramus exhibetur *Pruni* Americanæ, quæ in tantam excreſcit altitudinem, quantam in Belgio Nux Juglans attingit, ejuſdemque habitâ proportione ferè eſt craſſitiei; foliis & floribus maxime ad Sambucum vulgarem accedit, præterquam quòd flos odore careat. Fructus racemorum inſtar pendet ex arbore, quæ tamen ſponte creſcit, neque inſeritur; cum in iſtis regionibus Europæi præter Arundinem Sacchariferam nihil colant. Adſtringit fructus atque movet ſudorem, qui perinde ac fructus, à quo prolicitur, flavo tinctus eſt colore. Quod in Pruno continetur oſſiculum dimidiam illius conſtituit partem; caro fructûs eſt admodum fibroſa.

Virides & ſpinoſæ Erucæ floribus irrepentes, iisdem ſummè delectantur; eorem autem defectu fronde arboris paſcuntur, naturâ ſegnes, totam diem non niſi pabulo ſe replent. Die 5. Aprilis quietæ hærebant firmius, atque die 7. in nymphas defiguratæ, poſtmodum die 20. ejuſdem menſis coerulei tales facti ſunt Papiliones.

ON voit dans cette planche une branche de Prunier *d'Amerique qui devient auſſi haut que ſont les Noyers dans les Païs-Bas, il eſt épais à proportion, ſes feuilles & ſes fleurs reſſemblent beaucoup à celles du Sureau; excepté que la fleur n'a pas d'odeur. Le fruit pend par grape. C'eſt un arbre ſauvage, & que l'on ne greffe point; car dans ce païs-là les Européens ne cultivent que les ſeules Cannes de Sucre. Le fruit de ces Pruniers eſt aſtringeant & excite une ſueur qui, comme le fruit qui la cauſe, tire ſur le roux. Le noyau fait la moitié du fruit, & la chair en eſt pleine de fibres.*

Les Chenilles vertes toutes heriſſées de pointes que l'on voit ſur les fleurs, s'en nouriſſent; & à leur défaut elles vivent des feuilles, elles ſont fort pareſſeuſes & mangent toute la journée. Le 5. d'Avril elles ſe fixèrent ſur une branche & le 7. elles ſe transformèrent en fêve*; enfin le 20. il en ſortit les Papillons bleux que vous voyez.*

EXPLICATION DE LA FIGURE XIV.

HIc ramus eſt proceræ arboris, quæ à fructu in Americâ Belgicè *Zuurſak* vocatur. Folia ejus pulchriori, quam citri arboris folia, ſunt tincta viridi; flores è flavo virideſcunt, petalis craſſis inſtructi. Fructus Meloni fere ſimilis, inſtar uvarum ſapit acidiuſculum duriori pelle cinctus; caro ejus alba, mollis, gratiſſimique eſt ſaporis, tam cocta, quam cruda edulis. Antequam verò matureſcat, coquendus eſt, quando cum aqua & ſaccharo coctus cibum præbet non contemnendum. In Barbados Inſulis vinum quoque è fructu hoc exprimitur.

Frons hujus arboris virens eſca fuit magnæ iſtius & virideſcentis Erucæ, quæ die 22. Junii immota jacuit, exuvias depoſuit & in nympham degeneravit, unde Auguſti die 23. Phalæna, ſpadiceo tincta colore producta eſt.

Flaveſcens autem Erucula, circumvoluta ramulo inhærens, pariter hujus arboris fronde veſcitur. Die 3. Decemb. telam lignei coloris compoſuit, ex quâ die 24. Januarii Phalæna albicans erupit, qualis folio arboris impoſita cernitur.

CEtte branche eſt d'un grand arbre que les Hollandois nomment en Amerique Zuurſak, *ainſi que ſon fruit. Ses feuilles ſont d'un plus beau verd que celles du Citronier; ſes fleurs ſont d'un verd jaunâtre, & elles ſont aſſez épaiſſes. Le fruit reſſemble au Melon, & a le goût un peu aigre comme le Raiſin, la peau en eſt dure. La chair eſt blanche, mole, d'un goût agréable, & on le mange crud on cuit. Il ne faut pas laiſſer meurir les fruits que l'on veut cuire, ce que l'on fait avec de l'eau & du ſucre, c'eſt alors une bonne nouriture; dans les Barbades on en tire du vin.*

Cette groſſe Chenille verte s'eſt nourie des feuilles vertes de cet arbre. Le 22. *de Juin elle s'eſt tenuë en repos, elle a changé de peau, & s'eſt transformée en une* fêve *brune; le* 23. *d'Août, il en eſt venu un Papillon* nocturne *de couleur brune.*

La petite Chenille jaune qui eſt tapie ſur une branche ſe nourit auſſi de la feuille de cet arbre. Le 3. *de Decembre elle fila un* Coccon *couleur de bois, d'où le* 24. *Janvier il ſortit un Papillon* nocturne *blanc, ainſi que je l'ai repreſenté ſur une feuille verte.*

Minor hujus arboris ſpecies, quam Belgicè Zuurzak *vocant, jam tum Figura III. exhibetur; uti etiam ſub nomine* Anonæ *in hortis Belgicis eandem eſſe cognitam, folio* 3. *jam dictum fuit.*

Nous avons deja vû dans la planche III. la petite eſpece de cet arbre que l'on nomme en Hollandois *Zuurſak*, & on a dit page 3. qu'on le connoit auſſi ſous le nom d'*Anona* dans les Jardins des Plantes en Hollande.





P. Sluyter Sculp.

EXPLICATION DE LA FIGURE XV.

HI *Melones Aquatici*, perinde ut cucumeres in Belgio, ad terram rependo creſcunt. Cortice duriore obducti ſunt, qui pedetentim interiùs ſuam amittit duritiem. Caro ſplendens inſtar ſacchari in ore liqueſcit, grati ſaporis, ad ſanitatem & ægrotantium refocillationem utilis. Parvi ſunt & forma viles floſculi, flaveſcentes; ſemina rubent, ad extremam vero ubi pervenerunt maturitatem, nigricant.

Quadrata Eruca foliis iſtius Melonis inſidet, anticâ & poſticâ corporis parte cœruleâ, mediâ viridis, pedibus cute tectis viſcoſâ, qualis eſt cochlearum. Die Julii 5. telâ ſe involvit, mirum quid ex rarâ iſthac Erucâ me ſperante: verùm ſpe fruſtrata ſum, cum Auguſti die 10. Anni 1700. exiguus ejuſmodi ſpernendæque formæ Papilio nocturnus inde prodiret. Idem plus vice ſimplici mihi accidit, ut pulcherrimæ rariſſimæque Erucæ in fœda nulliuſque pretii animalcula tranſirent; deformes autem peſſimæque Erucæ in Papiliones elegantiſſimos, vel nocturnos, vel diurnos, mutarentur.

Melo aquaticus iſte eſt Anguria Citrullus dicta B. Pin, *&* Citrullus, folio Colocynthidis ſecto, ſemine nigro, quibusdam Anguria J. B.

CE Melon *d'eau croit ſur terre, comme les Concombres en Hollande; ſa peau, qui eſt dure, perd ſa dureté à proportion que l'on avance vers le cœur. Sa chair eſt brillante comme le ſucre, & elle fond dans la bouche, elle eſt agreable au goût & fort ſaine, & elle ſoulage beaucoup les malades. Ses fleurs ſont jaunes, petites & peu conſiderables; la ſemence eſt rouge, mais elles noircit en meuriſſant.*

La Chenille quarée qui eſt ſur ce Melon eſt bleue devant & derrière, & verte au milieu. Ses pates ſont couvertes d'une peau gluante comme celle d'un Limaçon. Le 5. *de Juillet elle s'enferma dans un* Coccon; *j'attendois quelque choſe d'extraordinaire de cette Chenille, qui me paroiſſoit rare, mais je fus trompée dans mon attente, car le* 10. *d'Août* 1700. *il en ſortit le laid Papillon* nocturne *que l'on voit. Il m'eſt arrivé plus d'une fois que les plus belles Chenilles, ſe ſont transformées en de très laids Papillons, & qu'il en eſt ſorti d'admirables des plus laides Chenilles.*

Ce *Melon* d'eau eſt nommé par B. Pin *Anguria Citrullus*, & *Citrullus folio Colocynthidis ſecto, ſemine nigro, quibusdam Anguria J. B.*

EXPLICATION DE LA FIGURE XVI.

HÆc in Americâ *Arbor Caſchou*, & fructus *Poma Caſchou* nuncupantur. Duplex ejus reperitur ſpecies, quarum altera florem fert album pomaque flaveſcentia, altera rubicundum producit florem ejuſdemque coloris poma; ambæ tamen in viridi fronde conveniunt. Poma ſaporis licet acidiuſculi & adſtringentis, bona tamen ſunt, quæ coquantur. Vinum ex illis in quibuſdam Americæ locis expreſſum adeo forte eſt, ut qui juſto largius de eo bibunt, hinc inebrientur. Adhærent pomis curva quædam reniformia corpora, quæ proprie *Caſchou* dicuntur, velut in duorum pomorum, his excreſcentiis *Caſchou* dictis arborem tangentium, extremitatibus conſpicitur. Acris admodum eſt hæc pomi appendix, ejuſque ſuccus cutem carnemque abſumit, ſic prorſus, ut fonticulis excitandis apta exiſtat; aſſata vero adverſus diarrhœam proficua, vermes quoque pellit, caſtaneam ſapore æmulans. Folia coronæ inſtar cingunt arborem, velut in hoc ramo cernitur.

Anno 1701. duplicis generis Eruca in hac arbore à me reperta eſt, quarum altera nivem candido æquabat colore, piloſa valde, ſicuti folio inſidentem vides. Ad diem 3. Martii hanc fronde arboris nutrivi, cum fuſca evaſit nympha, poſtea die 18. Martii transparens facta Papilio, qualis in aëre volitans exhibetur.

Altera ſuperior Eruca rubicunda erat & celeri reptatu, locum quærens, ubi telæ ſe includeret, id quod etiam die 5. Aprilis perficere inchoavit, die 20. ejuſdem menſis hinc in Papilionem lignei coloris mutata.

Hæc arbor eſt Anacardium Occidentale cajous dictum, officulo reni leporis figura, Herm. *& largius in* III. Parte Hort. Malabar. *deſcribitur ſub nomine* Kapa-mava & Katjayomaram. *Varia ejuſdem cognomina alia in* Florâ Malabaricâ *noſtrâ collecta leguntur.*

C*Et arbre ſe nomme* Caſchou, *en Amerique, & ſon fruit* Pomme de Caſchou. *Il y en a de deux eſpèces, dont l'une porte une fleur blanche & un fruit jaune; les fleurs de l'autre ſont rouges, ainſi que le fruit. Mais les feuilles vertes de l'une & de l'autre eſpèce, ſont ſemblables. Ces Pommes ſont aigres & aſtringeantes, neanmoins elles ſont bonnes à cuire; le vin, qu'on en tire dans quelques Cantons de l'Amerique eſt ſi fort, que l'on s'enivre aiſement lorſqu'on en boit un peu trop. Une excreſſence, en forme de Rognon, pend à ces Pommes, & c'eſt proprement ce que l'on nomme* Caſchou, *comme on le peut voir à deux Pommes qui pendent avec leur* Caſchou. *Cette excreſſence eſt très acre; ſon ſuc ronge & peau & chair, en ſorte qu'on peut s'en ſervir pour faire un cautère. Lorſque ce fruit eſt grillé, il eſt bon contre la Diſſenterie, il chaſſe auſſi les vers, & il a le goût des Chataignes; les feuilles croiſſent autour de la branche comme une couronne, ainſi qu'on le voit ici.*

J'ai trouvé en 1701. deux ſortes de Chenilles ſur cet arbre. L'une qui étoit auſſi blanche que la neige, étoit fort cheveluë, ainſi qu'on la voit ſur une feuille. Je l'ai nourie des feuilles de cet arbre juſqu'au 3. de Mars qu'elle ſe changea en une fêve brune; le 18. du même mois il en ſortit un Papillon transparent, tel qu'on le voit ici volant.

L'autre Chenille qui eſt plus haut, étoit rouge & rampoit fort vîte; pour chercher un endroit où elle pût filer, ce qu'elle commença le 5. d'Avril, & le 20. elle ſe transforma en un Papillon nocturne *couleur de bois.*

Cet arbre eſt l'*Anacardium Occidentale cajous dictum, officulo reni leporis figura*, Herm. Il eſt d'écrit plus amplement dans la Part. III. de l'*Hortus Malab.* ſous le nom de *Kapa-mava* & *Katjavomaram*; nous avons raporté la plûpart de ſes noms dans notre *Flora Malabarica.*



16


P. Sluyter Sculp.

EXPLICATION DE LA FIGURE XVII.

EXigui *Limones* vulgariſſimi ſunt Surinami fructus, qui cibis ferè omnibus apponuntur, & cum illis aſſumuntur. Exiguorum Citrorum eſt ſpecies quædam in ſilvis naſcens, cujus arbor ad altitudinem proceræ mali excreſcit, folia dimidiâ vulgaris citri folia magnitudine æquant, flores quoque eadem proportione minores exiſtunt. Præcioſiſſimum ex flore oleum elicitur; parvi Limones immaturi Saccharo condiuntur, & cortices fructûs expreſſi pariter oleum largiuntur. Arbores toto anno flores gerunt, fructuſque tam maturos, quàm immaturos, copioſiſſimos, inſtar juniperorum in Germaniâ, neque minùs, ut reliquæ omnes in regione Surinamenſium arbores, quippe cum hieme illa omnino carent.

Fuſca hæc Eruca maculâque ſuperbiens albicante plurima reperitur in arboribus citris, quibus in acerbos coacta adhæret. Limacum in modum ſibi invicem agglutinantur; tactæ vero flaveſcentia ex capite cornicula protrudunt, vel ſemet ipſas quaſi defenſuræ, vel hoſtes etiam ſuos offenſuræ. Foliis Limonum ad diem 24. Mart. anno 1700. eaſdem nutrivi, tum in fuſci coloris aurelias mutatæ ſunt, qualis in caudice jacens delineatur; hinc die Aprilis 2. ejuſdem anni Papiliones producunt nigricantes; & ex albo rubroque maculatæ, cujuſmodi binos, volantem alterum, ramoque inſidentem alterum repreſentavimus.

Puſilla iſta animalcula, coloris albicantis, quæ foliorum cuidam irrepunt, copioſa in Limonum arboribus reperiuntur: à 20. ad 24. diem Aprilis Metamorphoſin ſubierunt, quibuſdam in atros aliis in albicantes ſcarabæos transfiguratis.

ON trouve à Suriname une grande quantité de petits Limons, que l'on ſert avec toute ſorte de mèts avec leſquels on les mange. C'eſt une eſpèce de petits citrons qui croiſſent dans les forêts ſur un arbre qui devient de la hauteur d'un grand Pommier; ſes feuilles ont tout au plus la moitié de la grandeur de celles des Citronniers ordinaires, les fleurs ſont petites à proportion, & on en tire une huile très-précieuſe. On confit les petits Limons avant qu'ils ſoient mûrs; les écorces de ce fruit étant preſſées donnent auſſi de l'huile. Ces arbres portent des fleurs pendant toute l'année, & une grande quantité de fruits tant mûrs que non mûrs comme ceux des Genevriers, en Allemagne; ce qui arrive à tous les autres arbres dans les terres de Suriname, parce qu'il n'y a point d'hiver.

On trouve ſur ces arbres une grande quantité de Chenilles brunes qui ont une tâche blanche, & elle s'y attachent par monceaux; elles s'attachent les unes aux autres comme les Limaçons: & lorſqu'on les touche, elles pouſſent de leur tête une corne jaune dont elles ſe defendent, & dont elles attaquent leurs ennemis. Je les ai nouries de feuilles de Citronnier juſqu'au 24. de Mars 1700.; alors elles ſe transformèrent en fêves *brunes, telles que j'en ai deſſiné une ſur une branche. Le 2. d'Avril de la même année, il en ſortit des Papillons noirâtres tâchetez de blanc & de rouge, tels que j'en ai repreſenté deux ici, l'un volant & l'autre en repos.*

Les petits Inſectes blancs, qui rampent ſur quelques feuilles, ſe trouvent en grand nombre ſur les Limoniers; ils ſe transformèrent depuis le 20. juſqu'au 24. d'Avril, en eſcarbots, les uns noirs les autres blancs.

EXPLICATION DE LA FIGURE XVIII.

HAc Tabulâ XVIII. Araneas, formicas & aviculas belgis *Colobritgens* dictas in ramo arboris *Guajavæ* repreſentavi, cum Araneæ omnium maximæ plerumque in iſtâ arbore à me repertæ ſint. In proximè ſequenti fig. XIX. iterùm *Guajavam* cùm Inſectis ſuis propoſitura, de eâ nunc taceo, ad Araneas me convertens.

Iſtiuſmodi magnas nigraſque Araneas in *Guajavâ* Arbore plurimas inveni, quibus globóſus ille nidus telam Erucæ in ſequenti figurâ exhibens præbet domicilium: non verò, prout à quibuſdam Peregrinatoribus nobis obtrudi cœpit, longiores telas ducunt. Undique pilis tectæ ſunt, munitæ inſuper acuminatis dentibus, quibuſcum graviſſimè morſitando, periculoſa infligunt vulnera, his ipſis ſimul humore quodam infuſo. Communis ipſarum eſca ſunt formicæ, præda, dum in arbores excurrunt, haud facile effugiens, quod more omnium Aranearum octo oculis inſtructæ ſint, quorum bini ſurſùm, bini deorſùm, bini ad dextram, bini denique ad ſiniſtram ſpectant. Formicarum defectu, ipſas è nidis tollunt aviculas, omnemque corpuſculis cruorem exſugunt. Pellem quidem pari modo ac Erucæ ſubinde mutant; nunquam tamen volantes reperi. Minus Aranearum genus, quale telæ inhærens delineatur, ovula gerit ſua ſub ventre in placentâ quâdam, ubi etiam excluduntur fœtus. Pariter octo oculis muniuntur, qui tamen hinc indè & confuſè magis, quàm in iſtis majoribus, locati ſunt.

Prægrandes in Americâ dantur formicæ, quæ integras arbores una nocte ita fronde ſuâ nudare poſſunt, ut ſcopas non arbores referant. Binis ſunt armatæ curvis dentibus, forficis inſtar ſe ipſos interſecantibus, horum ope ſic arboris reſecant folia, ut in terram decidant, arbor verò appareat nuda, qualis in Europâ ab hyeme reddita cernitur. Decedentem in tellure frondem millenæ excipiunt formicæ, hanc expectantes prædam, in nidos haud pro nutritione ſuâ, ſed tenellis *Fœtibus*, adhuc vermiculis, ſtatim deferendam. Perindè enim ac culices, ſemina ponunt alatæ formicæ, unde vermiculi ſive acari duplicis generis excludantur, aliis eorum telæ ſemet involventibus, aliis & pleriſque in nymphas tranſeuntibus. Hæ nymphæ illud ipſum ſunt, quod rei ignari formicarum ova nuncupant; cum hæc multo ſint minora, illæ ad nutriendas Surinami gallinas faciant, meliuſque his vel avenâ, vel hordeo, pabulum præbeant. Prodeunt ex nymphis formicæ, quæ mutatâ pelle fiunt alatæ, & tum ponunt ovula, vermiculos iſtos producentia, quorum nutritione tantâ alacritate invigilant formicæ: in calidis. etenim illis regionibus adverſus frigora futura non opus eſt quod ſibi proſpiciant, quoniam nulla unquam ibi regnat hyems. Cavernas in terris excavant ad octo pedum altitudinem, tam concinnè efformatas, ut humanæ artis opus diceres. Quod ſi aliorſùm tranſmigrare cupiunt, non datâ ad eouſque perveniendum viâ, pontem hoc ſibi ſtruunt modo, ut prima alicubi dentibus ligno infixis quieſcat, ſecunda priorem ſequatur eique adhæreat firmiter, tertia rurſus ſecundæ, quarta denuo tertiæ & ita ſibi ipſis porro invicem appendentes, libere ſeſe exponant vento, quouſque hujus flatu ad iſtum locum projiciantur, & ſic millenis aliis tranſcurrentibus pro ponte inſerviant. Cum Araneis reliquiſque omnibus hujus terræ Inſectis, perpetua his formicis intercedit inimicitia. Quando è cavernis ſuis erumpunt, id quod ſingulis annis fit ſemel, innumera earum prodit multitudo, quâ domos replent, ex uno in aliud conclave transmigrunt, & animalcula cuncta, majora, exſugendo necant. Majus iſtiuſmodi phalangium momento fere hinc eſt conſumtum, quoniam tantis cumulatur acervis, ut expedire tam cito ſeſe & à periculo liberare nequeat. Quin ipſi homines fugâ ſibi caveant oportet, adeo unum poſt aliud acervatim permeant cubiculum; atque ſic totâ domo vaſtatâ & quaſi terſâ, proximam petunt, donec tandem ad ſuas redeant caveas.

Aviculæ *Colobritgens* Belgis dictæ ab Araneis nidis ſuis inſidentes capiuntur, aliàs cibus Sacerdotum Surinamenſium, quibus, ceu relatum mihi eſt, aliis veſci cibis prohibitum eſt. Quaterna perinde ut alia aves ponunt ova, eaque incubando excluduntur. Celerrimè volitant aviculæ, expanſiſque mel è floribus ſugunt alis, ut immotæ veluti in aëre hæreant, variis elegantiſſimè pictæ coloribus, ipſoque Pavone pulchriores.

J'Ai repréſenté ſur cette Planche XVIII., ſur une branche de Guajave, *des Aragnées, des fourmis & des petits oiſeaux que l'on nomme* Colobritgens. *J'ai trouvé auſſi ſur cet arbre des Aragnées d'une groſſeur énorme. Dans la Planche XIX. je repreſente encore le même arbre avec ſes Inſectes, ainſi je n'en parlerai pas ici pour m'arrêter aux ſeules Aragnées.*

J'ai trouvé ſur le Guajave *pluſieurs groſſes Aragnées noires de cette eſpèce qui avoient leur domicile dans ce gros nid rond qui repréſente le* Coccon *de la Chenille de la planche ſuivante, car elles ne filent pas des* Coccons *longs, comme quelques voyageurs ont voulu me le faire accroire; elles ſont couvertes de poils de tous côtez, & elles ſont armées de dents aiguës, dont la morſure eſt très dangereuſe parce qu'elles y rependent je ne ſai quelle humidité. Les fourmis leur ſervent de nouriture; & elles les atrapent ſur les arbres où elles les évitent dificilement; parce que, comme toutes les Aragnées, elles ont huit yeux, dont deux regardent en bas, deux en haut, deux d'un côté & deux de l'autre. Quand elles ne trouvent pas de fourmis, elles arrachent les petits oiſeaux de leurs nids; & elles en ſucent tout le ſang. Elles changent de peau comme les Chenilles, cependant je n'en ai jamais trouvée qui volaſſent. L'autre eſpèce d'Aragnées plus petites, qui ſont deſſinées ſur leur toile, portent leurs œufs ſous leur ventre dans une eſpèce de croute où elles font leurs petits. Elles ont auſſi huit yeux, qui ſont placez ici & là avec plus de confuſion que dans les groſſes.*

On trouve en Amerique des fourmis extremement grandes; qui peuvent en une ſeule nuit tellement dépouiller les arbres de leurs feuilles, qu'on les prend alors plûtôt pour des balais que pour des arbres. Elles ſont armées de dents courbes, qui coupent l'une ſur l'autre comme des ciſeaux; elles s'en ſervent à couper les feuilles des arbres, qu'elles font tomber à terre en ſorte que les arbres paroiſſent tels que l'hiver les rend en Europe. Des milliers de fourmis ſe jettent ſur ces feuilles qui tombent à terre, & où elles les attendent comme leur proïe qu'elles emportent dans leur nid, non pour leur nouriture, mais pour celle de leurs jeunes qui ne ſont alors que de petits vers, car les fourmis ailées jettent leur ſemence comme les moucherons, & il en ſort des vers ou mites de deux ſortes, dont quelques-unes s'envelopent d'un Coccon, *& d'autres en plus grand nombre ſe changent en petites* fêves: *les ignorans nomment ces petites* fêves *des œufs de fourmis, mais ils ſe trompent, car les œufs de fourmis ſont beaucoup plus petits. On nourit à Suriname les poules de ces* fêves *de fourmis qui leur ſont beaucoup meilleurs que l'orge ou l'avoine. Les fourmis ſortent, de ces* fêves, *elles changent de peau, & il leur vient des aîles, & ce ſont ces fourmis qui jettent ces œufs d'où ſortent les vers dont elles ont un ſi grand ſoin, car elles ne ſont pas obligées de faire des proviſions pour l'hiver dans ces païs chauds. Elles font dans la terre des caves qui ont quelque fois plus de huit pieds de hauteur, & qu'elles façonnent auſſi-bien que les hommes pourroient faire. Quand elles veulent aller quelque part où elles ne trouvent point de paſſage, elles ſe font un pont de cette manière-ci, la première ſe place, s'atâche à un morceau de bois qu'elle tient ſerré avec ſes dents, une ſeconde ſe place après la première à laquelle elle s'atâche, une troiſieme s'atâche de même à la ſeconde, une quatrième à la troiſième & ainſi de ſuite, & de cette manière elles ſe laiſſent emporter au vent juſqu'à que la dernière attâchée ſe trouve de l'autre côté, & auſſi-tôt un miliers d'autres fourmis paſſent ſur celles-ci qui leur ſervent de pont. Ces fourmis ſont toûjours en guerre avec les Aragnées & tous les Inſectes du païs. Elles ſortent tous les ans une fois de leurs cavernes en eſſains innombrables, entrent dans les maiſons, en parcourent les chambres, & tuent tous les Inſectes grands & petits en les ſuçant. En un moment elles devorent une de ces groſſes Aragnées, car elles ſe jettent ſur elle en ſi grande quantité qu'elle ne peut ſe defendre, les hommes mêmes ſont obligez de prendre la fuite, car elles vont ainſi par troupes de chambre en chambre & quand toute une maiſon eſt netoyée, elles paſſent dans celle du voiſin & ainſi de l'une à l'autre juſqu'à ce qu'elles rentrent dans leurs cavernes.*

Les Aragnées atrapent les Colobritgens *dans leur nid. Autrefois cet oiſeau ſervoit de nouriture aux Prêtres du païs qui, à ce qu'on m'a dit, n'oſoient manger autre choſe. Ils pondent quatre œufs comme les autres oiſeaux & ils les couvent: ils volent avec rapidité, ils ſucent le miel des fleurs ſur leſquelles ils étendent leurs aîles, ils reſtent en l'air ſans faire le moindre mouvement, & ornez de pluſieurs couleurs ils ſont plus beaux que les Paons.*


Sculp.



P. Sluyter Sculp.

EXPLICATION DE LA FIGURE XIX.

Hic Ramus *Guajavæ* exhibetur, arboris ex fructu ab Indis *Guajava* vocatæ; Quantam in Germaniâ malus, altidudinem acquirit, folia cum prunorum foliis conveniunt, flores lactei multis flaveſcentibus donantur flaminibus. Fructus, cortice teneriore ſulphureo cinctus, carnem habet rubicundam, quæ & cruda & cocta grati eſt ſaporis: intùs ſemina continet exigua plura, rubeſcenti pulpæ inhærentia, atque hæc cruda aſſumta pariter quidem bona eſt; attamen ubi coquitur fructus, quicquid ſeminum & humiditatis adeſt, cochleari ſolet eximi, atque ſic ad placentas & conſervas inde parandas adhibetur. Facillimè creſcunt hæ arbores, quia ſolum naturæ ipſarum congruit, ſic ut copioſæ, ſponte & in ſylvis naſcentes inveniantur.

Magnarum hujuſmodi Erucarum non paucas & in prædictâ arbore reperi, & foliis ejuſdem nutrivi; Ex atro ſtriata candicant, ab utroque latere quinquaginta punctis rubicundis inſtar corallorum ſplendentibus ornatæ. Clar. Leuwenhoekius quidem hæc puncta corallina oculos eſſe putat epiſtola 146. à pag. 430. ad 452. verùm mihi id ipſum hucuſque nondum patuit, quippe cum iſtâ ratione & à tergo & à lateribus pabulum nullo negotio detegerent, quod tamen in hanc uſque diem non obſervavi, certè palpebris illas nullis, vel membranâ oculos claudente, inſtructas vidi. Cum ad juſtam pervenerunt magnitudinem, prægrandem formâ nidi telam ſtruunt, ex arbore pendulam, quo facto in Aurelias transformantur, ceu An. 1699. die 20. Octobris apud me contigiſſe notavi, unde 22. die Januarii ejuſmodi phalænæ prodierunt, cum nigris ſtriis albicantes. Nonnullæ tamen Erucarum, rariore metamorphoſi, candidiores fiebant acari, poſt Elapſos decem dies iterum in muſcas eleganter virideſcentes permutati.

Superiorem viridi tinctam Erucam eiſdem foliis ad diem 2. Auguſti An. 1700. alui, tum vero in aureliam tranſiit, qualis in uno foliorum hæret, & hinc die 15., 16., & 17. tales productæ ſunt Papiliones, ex atro maculatæ & tranſparentes.

C'Eſt ici une branche de Guajaves, *ainſi nommé du fruit que les Indiens nomment* Guajaves. *Cet arbre croît auſſi haut que les Pommiers en Allemagne, ſes feuilles reſſemblent à celles des Pruniers, ſes fleurs ſont blanches avec pluſieurs filaments petits & jaunes; les fruits ont une peau mince & jaune, la chair en eſt rougeâtre & agréable au goût, & on les mange cruds ou cuits, ils ſont remplis en dedans de petits grains qui ſont envelopez d'une pulpe rouge qui eſt excellente cruë; mais lorſqu'on fait cuire ce fruit, on en tire tous ſes grains, & l'humide avec une cuiller; on en fait des tourtes & de la conſerve. Ces arbres croiſſent très-aiſement d'autant plus qu'ils ſont dans leur terre naturelle, auſſi en trouve-t-on beaucoup dans les bois & dans les campagnes.*

J'ai trouvé cette groſſe Chenille ſur ces arbres, & je l'ai nourie de leurs feuilles. Elle eſt blanche raïée de noir, & de chaque côté elle a 50. *grains de corail brillant & rouge. Mr. Leeuwenhoek pretend dans ſa Lettre* 146. *pag.* 430. *juſqu'à* 452. *que ce ſont des yeux. Juſqu'à préſent je n'ai pû trouver que ce ſoyent éfectivement des yeux, car ſi cela étoit elles pouroient ſans peine découvrir leur pâture à droite à gauche & par derièrre; ce que je n'ai pas remarqué, je n'y ai obſervé auſſi aucune paupière, ni de membrane qui couvre ces prétendus yeux. Auſſi-tôt qu'elles ont pris leur croiſſon, elles filent fort vite un gros* Coccon *qu'elles pendent à l'arbre, & elles ſe changent en* fêves, *ainſi qu'il eſt arrivé chez moi le* 20. *d'Octobre* 1699.; *& le* 22. *Janvier ſuivant, il en ſortit un Papillon* nocturne *raïé de noir & blanc; de quelques Chenilles ſortirent, par une métamorphoſe extraordinaire des mites blanches, qui au bout de* 10. *jours ſe changèrent en de belles mouches vertes.*

J'ai nouri des mêmes feuilles, juſqu'au 2. *d'Août* 1700., *la Chenille verte qui eſt en haut; alors elle ſe changea en une* fêve *telle que je l'ai deſſinée ſur une des feuilles; le* 15., 16. *&* 17. *il en ſortit des Papillons tranſparens tâchetez de noir.*

Bini in hâc & præcedenti icone rami ſunt ex Guajava alba dulci *Cap. 63. Part. Horti Amſtelodamenſ. deſcripta. Duplex enim ejus ſpecies in Horto Amſtelodamenſi colitur, quæ utraque flores ibi fructuſque protulit. Diverſa cognomina quibus à variis auctoribus inſignitur, omnia collecta reperies in Florâ Malabaricâ meâ, ſub nomine*, Guajava alba dulcis, fructu longiore. Herm. Catal.

Les deux branches deſſinées dans cette Planche & dans la precedente, ſont de la *Guajava alba-dulcis* decrite dans le Chap. 63. de la I. Part. de l'*Hortus Amſtelod.* car on en cultive de deux ſortes dans le Jardin des Plantes d'Amſterdam où l'une & l'autre ont porté des fleurs & des fruits; on trouve dans ma *Flora Malab.* ſous le titre *Guajava dulcis fructu longiore Herm. Catal.* tous les noms que les Auteurs lui ont donnez.

EXPLICATION DE LA FIGURE XX.

ANno 1700. menſe Aprilis commorata in prædio Surinamenſi quod erat Feminæ Sommelſdyk, & Providentia nuncupari ſueverat, varias de Inſectis obſervationes collegi, ingenti quoque copiâ arborum *Gummi Gutta* ſponte naſcentium ibidem reperta; quarum unius hic ramum exhibeo. Inſtar betulæ in Europâ ferè creſcit arbor, exterius cortice albicante ſtriato obducta; hoc inciſo, exſtillat Gummi, quod ipſum ut deſcribamus, non erit opus, quippe pictoribus ſolummodo cognitum eſt.

Reperi magnam iſtiuſmodi, & atra viridique ſtria notatam Erucam in hac arbore, cujus etiam fronde ad finem uſque menſis Aprilis à me nutrita fuit, ubi poſtquam globoſam lignei coloris fabricaſſet telam, huic incluſa in Aureliam mutata eſt, atque ex illâ die 3. Junii in Papilionem elegantiſſimum, qualis hic & in aëre & ramo inſidens expreſſus eſt. Antequam transfigurata eſſet Eruca, viridis in rubicundum tranſivit colorem, prius ſcilicet, quam Aurelia fieret, Erucâ perfectam jam nactâ magnitudinem.

EN 1700. j'étois à Suriname au mois d'Avril dans la Plantation de Mademoiſelle de Sommelsdyck, nommée la Providence, où je fis pluſieurs obſervations ſur les Inſectes. En me promenant, je trouvai dans la campagne pluſieurs arbres de Gomme-Gutte, *dont j'ai deſſiné ici une branche; ils reſſembloient aux bouleaux d'Europe, & en dehors ils ſont couvert d'une écorce blanche rayée. On y fait des inciſions d'où découle la Gomme, qu'il n'eſt pas néceſſaire de décrire puiſqu'elle n'eſt que du reſſort des peintres.*

Je trouvai ſur cet arbre cette grande Chenille raïée de verd & de noir, & je l'ai nourrie de ſes feuilles juſqu'à la fin d'Avril, qu'elle fila un Coccon *couleur de bois dans lequel elle ſe renferma & ſe changea en une* fêve *qui le* 3. *de Juin produiſit le beau Papillon que j'ai deſſiné ici volant & en repos. Avant que la Chenille ſe transformât en* fêve *le verd s'étoit changé en rouge dès qu'elle eut acquis ſa juſte grandeur.*

Variæ ſunt arbores Gutta Gamba *fudentes*, *uti* Carcapuli Acoſtæ, *item* Carcapuli Linſchotani, (*quarum prior non ſolum convenit cum* Coddam-Pulli, *in Part. I. Horti Malabar. deſcripta, ſed eadem eſt*) *tum quoque hic depicta*, *denique &* Eſulæ Indicæ affinis Planta, *de qua Bontius Lib. VI. Cap. 57. loquitur.* Gutta-Gamba *verò ex arbore* Coddam-Pulli *in Horto Malabarico deſcripta ſtillare*, *S. à Dale in Pharmacologia ſua pag.* 484. *arbitratur.*

Il y a pluſieurs arbres qui donne la *Gutta-Gamba*, comme les *Carcapuli Acoſtæ* & les *Carcapuli Linſchotani*; le premier reſſemble au *Coddam-Pulli* decrit dans la I. Part. de l'*Hortus Malab.* car c'eſt le même arbre; on la tire auſſi de l'arbre peint ici & de l'*Eſulæ Indicæ affinis Planta* decrit dans le 57. Chap. du Liv. VI. de Bontius. S. van Daale dit dans la pag. 484. de ſa Pharmacologie qu'il croit que la *Gutta-Gamba* coule du *Coddam-Pulli* decrit dans l'*Hortus Malabar.*



J. Mulder Sculp.

20



J. Mynde Sculp

EXPLICATION DE LA FIGURE XXI.

M*Arquiaas* dicitur in Americâ hic fructus, præcedens eundem flos eſt *Flos Paſſionis*; noſtris tamen in Europâ creſcentibus multò major, qui odorem ſpirat ſuaviſſimum, è longinquo olfactum gratiâ ſuâ perfundentem. Planta ipſa uti Convolvulus ſcandit, ad frondeas caſas in hortis veſtiendas aptiſſima, licet illâ Surinamenſes Belgæ non multùm utantur, ſic ut binorum annorum ſpatio integram creſcendo tegat viridem caſam, quæ variis animalculis alatis ſuavitate odoris eò allectis poſtmodum dulce præbet habitaculum. Fructus nigrum continet ſemen, albo glutine circumdatum, quod refrigerantis & pergrati ſaporis eſt.

Prima majuſculo folio inſidens Eruca, eodem etiam veſcitur: An. 1701. die 28. Maji texturæ incluſa in aureliam, qualis juxta Erucam depicta cernitur, & ex iſtâ porro die 7. Junii mutata eſt in Papilionem diurnam exiguam, uti volantem exhibui.

Secunda cauli inhærens Eruca, viridi tincta colore, ultimo die Maji in floribus prædictis à me reperta fuit, eoſdem depaſcens. Raro admodum gaudebat domicilio, quod ex variis tubulis ſuper cava lignorum fruſtula erectis compoſitum erat, hinc inde domum ſuam multis inſtructam capſulis percurrente Erucâ, & jam ex uno tubulorum, mox iterum ex altero proſpiciente, veluti in apice ejuſdem cernitur. Die 10. Junii in fuſcum ejuſmodi transformata eſt animalculum, quale inſidet cauli, rubicundis maculis diſtinctum.

Erucula tertia, cujuſmodi in fructu hæret, etiam folia plantæ pro eſcâ habet. Die 4. Junii apud me telæ ſe involvit iſtius formæ, ac in caule poſita conſpicitur; undè porro die 14. tam pulchrè variegata prodiit muſca, quam in caule ſedet, pedibus fiſſis, atque tenerrimis, adeo, ut ad leviſſimum attactum deciderent.

O*N nomme en Amerique ce fruit jaune* Marquiaas, *la fleur qui le précède, eſt celle que nous nommons* Fleur de la Paſſion, *mais elle eſt beaucoup plus grande que celles que nous voyons en Europe. L'odeur en eſt très-agréable & on la ſent de loin. Sa plante monte comme la Campanelle, & ſeroit très-propre à couvrir les Cabinets de Verdure; néanmoins les Hollandois établis à Surinam, ne s'en ſervent point, quoiqu'en deux ans de tems elle couvre entierement un Cabinet, où par ſon odeur elle atire une multitude de petits Inſectes aîlez. Le fruit renferme une ſemence noire environnée d'une gluë blanche, cette ſemence agréable au goût eſt très rafraichiſſante.*

La Chenille que l'on voit ſur la plus grande feuille, s'en nourit. Le 28. de Mai 1701. s'étant enfermée dans ſon Coccon, elle s'y changea en une fêve *telle qu'on la voit ſur la même feuille: Le 7. de Juin il en ſortit un petit Papillon tel que je l'ai repreſenté volant.*

Le ſeconde Chenille, que l'on voit ſur la queuë d'une feuille, eſt verte; je la trouvai le dernier de Mai dans les fleurs de cette Plante dont elle ſe nouriſſoit. Elle s'y étoit fait un petit domicile très-curieux compoſé de pluſieurs petits tuyaux raſſemblez ſur de petits morceaux de bois creux. La Chenille parcourant çà & là cette petite cabanne diviſee en pluſieurs compartimens, regardoit ce qui ſe paſſoit dehors tantot à travers d'un tuyau, tantot à travers d'un autre, comme on la peut voir dans cette Planche. Le 10. de Juin elle ſe transforma en un petit animal tel qu'on le voit ſur la tige, tacheté de rouge & de brun.

On trouve une troiſième Chenille ſur le fruit; elle ſe nourit auſſi de la feuille de cette Plante; le 4. de Juin elle s'enferma dans un Coccon, tel qu'on le voit ici, & d'où ſortit le 14. la Mouche tachetée qui eſt près du Coccon, & qui a les pates fenduës & ſi délicates qu'elles tombent pour peu qu'on les touche.

Hæc planta eſt Murucuia Guacu *Marggravii*, & Murucuia quarta *Piſonis*, *item* Clematis Indica fructu citriformi, foliis oblongis *Plum. 64. Tab. 80. A Tournefortio etiam in Inſtitut. Rei Herbar. vocatur* Granadilla fructu citriformi, foliis oblongis; & *ab Hermanno in Catologo Horti Academici* Cucumis Flos Paſſionis dictus, Guajavæ folio major. *Hermannus poſtquam hanc plantam in Catalogo Horti Academici ſuo inter plantas retuliſſet, quæ à florum formâ* Flores Paſſionis *dicuntur; eandem nihilominus in Prodromo Paradiſi Batavi inter* Clematum *ſpecies (quibuſcum neque floris, neque capſulæ ſeminalis reſpectu convenit) rurſus locavit, ac ſi antea in Catalogo longè aberraſſet: hoc ipſum tamen idem Hermannus denuo in ipſo Paradiſo Batavo pag. 177. emendavit.*

Cette Plante eſt nommée *Murucuia Guacu* dans Marggrave *Marucuia quarta* dans Piſon, & *Clematis Indica fructu citriformi, foliis oblongis* dans Plum. 64. Tab. 80. Tournefort dans ſes inſtructions ſur la Botanique l'apelle *Granadilla fructu citriformi, foliis oblongis*; & Hermannus dans le Catalogue du Jardin de l'Accademie, lui donne le nom de *Cucumis Flos Paſſionis dictus, Guajavæ folio major.* Après l'avoir mis dans ſon Catalogue au rang des Plantes à qui la figure de leur fleur fait donner le nom de *Fleurs de la Paſſion*, il la mèt, dans ſon *Prodromus Paradiſi Batavici*, dans la claſſe des *Clemates* auxquels elle ne reſſemble ni pour la fleur ni pour la gouſſe qui renferme la ſemence; ce qui pouvoit faire croire qu'il s'imaginoit s'être trompé dans ſon Catalogue; cependant il a corrigé cette faute dans ſon *Paradiſus Batavus* page 177.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXII.

RUbicunda hæc *Lilia* ex albicante bulbo paſſim ſponte progerminant, viridi folio ſericum ſplendore ſuo imitante; vires eorum tamen ſunt ignotæ. Bulborum nonnullos inde mecum attuli, qui in Hortis Belgicis prius flores, dein folia protulerunt.

Quam virenti cernis irrepere folio Erucam, pilis hirta eſt nigris, ferrea fila duritie æmulantibus, capite ac pedibus rubet, corpore ex cœruleo maculata, cingente maculas circulo flaveſcente. Foliis liliorum virentibus paſta, die 4. Junii textum oviforme contexit, cui incluſa in fuſcam transfigurabatur aureliam, qualem plantæ medio appoſui: ex iſta die 30. Junii elegans prodiit nocturnus Papiliunculus, cujus alæ anteriores ligneo ſeu ex fuſco pallente, poſteriores aurantio maculis nigris interſtincto colore, tinctæ erant, ceu in volante hic repræſentatur.

Exigua verò iſthæc Eruca, cum viridi & albicante ſtriâ rubens, in agro Surinamenſi graminibus ad hæc Lilia proximis inhæſit. Die Auguſti 10. telam ſibi ſtruxit candicantem, uti folio impoſita cernitur, unde ejuſdem menſis die 24. muſca ex atro ſulphurea, qualem hic pariter vides, producta eſt.

Eruca hæc ab iſtâ, cui Fol. 12. Banana eſca eſſe dicitur, prorſus differt, quamvis inter utriuſque phalænas nullum ferè diſcrimen intercedat.

UNe Bulbe blanche porte ce Lys *rouge qui croît dans la campagne ſans être cultivé, ſes feuilles qui ſont vertes ont un luſtre comme le ſatin; on en ignore les qualitez. J'en ai aporté quelques Bulbes en Hollande, où elles ont porté leurs fleurs avant les feuilles.*

La Chenille que l'on voit ſur la feuille eſt couverte de poils noirs auſſi durs que le fer, elle a la tete & les pates rouges, & le corps eſt couvert de tâches bleuës environnées d'un cercle jaune. Elle ſe nourit des feuilles vertes de ces Lys. Le 4. de Juin elle fila un Coccon qui avoit la forme d'un œuf, dans lequel elle s'enferma & elle s'y changea en une fêve *brune, telle que je l'ai peinte au milieu de cette Plante. Le 30. du même mois il en ſortit un beau Papillon* nocturne *dont les aîles par devant étoient couleur de bois ou d'un brun clair, & par derrière couleur d'orange, chargées de taches noires, ainſi qu'il eſt repreſenté volant.*

J'ai trouvé l'autre petite Chenille rouge rayée de verd & blanc, dans des Herbes auprès de ce Lys. Le 10. d'Août elle fila un Coccon blanchâtre tel qu'il eſt ici repreſenté, d'où cette Mouche jaune & noire ſortit le 24. du même mois.

Cette Chenille eſt tout-à-fait diferente de celle que l'on a dit ſe nourir de la Banane fol. 12. cependant les Papillons qui en ſont ſortis, ne diferent en rien.

Planta hæc Lilionarciſſus Polyantos, flore incarnato, fundo ex luteo albeſcente *vocatur apud Sloane in Cat. Jamaic. & ab Hermanno in Paradiſ. Batav. appellatur* Lilium Americanum puniceo flore, Bella dona dictum.

Sloane dans le *Cat. Jamaic.* nomme cette Plante *Lilionarciſſus Polyantos flore incarnato, fundo ex luteo albeſcente*, & Hermannus dans ſon Paradiſ. Batav. l'apelle *Lilium Americanum puniceo flore, Bella dona dictum.*


P Sluyter Sculp.
22



P. Sluyter sculp.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXIII.

FRuctus hic pallidè flaveſcens *Baccoves* dicitur, eſtque ſpecies *Bananæ* Icone XII. exhibitæ, cujus folia etiam cum his planè conveniunt. Fructus haud aliter, quam in Europâ poma & pyra, diſcrepant, *Baccoves* tamen carne quodammodo gaudent teneriore, quam *Bananæ*. Iisdem uterque uſibus inſervit, præterquam quod hic fructus aceto, ex aquâ & ſaccharo parato, indi ſoleat, quo citius aceſcat.

Eruca fuſco tincta pigmento, in foliis hujus arboris à me reperta, quatuor aculeis in dorſo armatur, caput veluti coronâ ſuperbit, cauda bifida, pedeſque ſunt rubicundi. Die 3. Decembris fixa hærens in aureliam coloris lignei & ex utroque latere duplici maculâ argenteâ fulgentem transformata fuit, unde 20. ejuſdem menſis die pulcher factus eſt Papilio? cujus binæ ſuperiores alæ interiùs colore ochræ candidiore, binæ inferiores è cœruleo perámœno pictæ ſunt, toto Papilione exteriùs flavis, puniceis, albis & nigris ſtriis inſignito: Parvus Atlas in Belgio nuncupatur.

Cœruleatam cum ovulis ſuis Lacertam ideo maxime appoſui, ut majus iconi accederet ornamentum. Domi meæ in terrâ nidificaverat, quatuor ovis rotundis & albicantibus in nidulo poſitis, veluti tria ſunt illa caudici impoſita. Iter in Belgium parans eadem mecum in navem deportavi ova, unde tenellæ in mari excludebantur Lacertæ, exiles, neque majores, quam earum una in caule cernitur; ſed matris & pabuli defectum morte luebant.

CE fruit d'une couleur jaune pâle ſe nomme Baccoves. *C'eſt une eſpèce de* Bananes *telles qu'elles ſont repreſentées dans la Planche XII. & dont les feuilles ſont ſemblables; leurs fruits ne diférent que comme en Europe nos Pommes diférent des Poires. La chair de ces* Baccoves *eſt plus tendre que celle des* Bananes. *Les unes & les autres ſervent aux mêmes uſages; outre cela on met de ce fruit dans l'eau & le ſucre dont on fait le vinaigre, afin qu'il devienne plûtôt aigre.*

La Chenille brune que j'ai trouvée ſur les feuilles de cet Arbre a le dos armé de quatres pointes; ſa tête paroit ornée d'une Couronne, elle a la queuë fendue & les pates rouges. S'étant tenuë en repos, le 3. de Decembre elle ſe transforma en une fêve *couleur de bois, qui ſur chaque coté avoit deux taches argentées. Le 20. du même mois il en ſortit un beau Papillon dont les deux aîles ſuperieures ſont en deſſous de couleur d'ocre clair, & les deux autres d'un beau bleu; le deſſus de tout le Papillon eſt raïé de jaune, de brun, de blanc & de noir, on le nomme en Hollandois* le Petit-Atlas.

Pour embelir cette Planche, j'y ai ajoûté ce Lezard bleu avec ſes œufs. Il avoit fait ſon nid en terre dans ma maiſon, & il y a pondu quatre œuf blancs & ronds, tels qu'on en voit ici trois. Je les emportai avec moi lorſque je revins en Hollande, & étant ſur Mer il en ſortit de petits Lezards très delicats, & tels qu'on en voit un ſur cette queuë de Baccoves, mais n'aïant ni leur Mere, ni la nouriture qui leur convenoit, ils moururent.

Hæc eſt ſpecies Muſæ Serapionis *fol. XII. repræſentatæ. Illud Muſæ genus varias diverſaſque continet ſpecies, quarum in Part. I. Horti Malabarici fol. 20. ſedecim numeratæ leguntur, ſingularum diſcrimine appoſito.*

C'eſt ici une ſorte de *Muſa Serapionis* repreſentée dans la Planche XII. Ce genre de Plante contient pluſieurs eſpèces; on en compte ſeize dans la I. *Part.* de l'*Hort. Malab. fol.* 20., en marquant leurs diferences.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXIV.

HIc *Carduus ſpinoſus* in agris Surinamenſibus ſponte proveniens, flavis ornatur floribus & *Maccaï* ibidem nuncupari ſuevit. Ad hominis ferè pertingit altitudinem; prægrandia ejus ſunt folia, cæſiis venis eadem perreptantibus.

Veſcuntur ſpinoſæ hujus plantæ radice vermes exigui, capite & cauda nigri, corpore autem ex aurantio tincti, qui pedetentim in parvos ſcarabæos flavis adſperſos maculis transfigurantur; quemadmodum menſe Martio An. 1701. obſervavi, & hîc plantæ inferiùs appingi curavi. Cùm verò iſtorum vermiculorum metamorphoſis ab illâ, quam communiter Erucæ ſubeunt, multùm differre mihi videretur, ulterius circa ſcarabæorum transmutationes inveſtigare circumſtantias decrevi.

Aliud itaque die 26. Martii An. 1701. adhuc reperi genus vermium ligno putrido incluſorum, qui paulatim & mutatione oculis conſpicuâ, in ſcarabæos tranſibant, priſtinâ vermium formâ in ventre quodammodo ſuperſtite remanente, velut in ſupernâ plantæ parte exhibui. Creſcunt vermium dentes, exporriguntur, & in cornicula Scarabæorum abeunt; alæ corporis initio coloris ochræ tandem nigricant, prout reliquum animalculi corpus ſenſim ſenſimque transformatur, creſcit & ad perfectam molem augetur. Ponunt ova ſua hi Scarabæi, undè rurſus poſtea excluduntur vermes, qualem medio cardui impoſui.

Planta hæc eſt Papaver Spinoſum *Caſpar. & Joh. Bauhini; ex quo tamen* Tournefortius *in Inſtitut. Rei Herb. nòn ſine ratione novum conſtituit genus, plantam proponens ſub nomine* Argemone Mexicana.

CE Chardon épineux croît dans les campagnes de Suriname, & porte une fleur jaune. On le nomme Maccaï *dans le Païs, & il croît à hauteur d'homme, ſes feuilles ſont grandes & l'on voit dans le corps de la feuille quantité de fibres ou veines bleuës.*

J'ai trouvé ſous la racine de cette Plante de petits vers, couleur d'orange dont la tête & la queuë ſont noires, & qui ſe nouriſſent de cette racine. Peu à peu ils ſe transforment en Eſcarbots tachetez de jaune tel qu'on en voit un au bas de cette Plante. J'ai fait cette remarque à la fin de Mars de l'année 1701. *& ayant trouvé que les transformations de ces vers étoient diferentes de celles des Chenilles, je m'apliquai à en étudier les circonſtances.*

Le 26. *de Mars de la même année je trouvai une eſpèce de vers renfermez dans du bois pouri, qui ſe transformèrent peu à peu & viſiblement en Eſcarbots, conſervant ſous le ventre quelque choſe du vers, ainſi qu'on le peut remarquer dans l'Eſcarbot peint au haut de la Plante. Les dents de ces vers croiſſent, s'étendent & forment enfin les cornes de l'Eſcarbot. Les aîles qui couvrent le corps, ſont d'abord de couleur d'ocre, & noirciſſent peu à peu, fait à fait que l'Eſcarbot ſe perfectionne; ces Eſcarbots pondent, & de leurs œufs naiſſent des vers tels que je les ai repreſentez au milieu du Chardon.*

Cette plante eſt le *Papaver Spinoſum* de Gaſp. & de Jean Bauhin; dont Tournefort fait avec raiſon un nouveau genre dans ſes inſtructions ſur la Botanique, où il la propoſe ſous le nom d'*Argemone Mexicana.*


J. Mulder Sculp


P Sluyter Sculps.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXV.

HÆc *Vanillæ* ſpecies eſt maxima, ex binis, quæ in agro Surinamenſi creſcunt. Earum altera minore folio & fructu prædita eſt; folia hujus digitum craſſitie adæquant, neque Sedo vulgari domeſtico in Europa ſunt tenuiora. Hæc in arbores uti Clematis aſcendit iiſque adhæret firmiter; caulis & folia coloris ſunt graminei, fructus viridis inſtar fabæ triangularis ſcatet ſeminibus oleoſis ſuaveolentibus. Sponte paſſim naſcens ad arborum excurrit excelſiſſimas, præcipuè tamen illas, quæ in locis ſunt humidis ac paludoſis. Cum uſus ipſius fructus ad conficiendam Succolatam ſatis innotuerit; has terras dolendum eſt curioſis deſtitui incolis, qui iſtas colant arbores atque alias id genus plures diſquirant, in tam vaſtâ & fertili regione procul dubio reperiundas.

Huic plantæ ſæpius irrepere vidi Erucas iſtas punicei coloris & ex flavo ſtriatas, (veluti & in *Murucujâ* Flore Paſſionis dictâ fol. 21. cerni poſſunt,) ad finem uſque Maji menſis eâdem nutritas; tum fixæ manentes in nymphas, atque hinc die Junii 7. in pulchras ejuſmodi Papiliones tranſierunt, quarum interius croceo, latus exterius flavo, rubicundo, fuſco tinctum erat colore, adſperſo maculis argenteis, qualis hîc alteram volitantem, alteram quieſcentem, delineavi.

Quæ prætera in foliorum infimo adhuc conſpicitur Erucula viridis, die 12. Februarii an. 1700. apud me in exilem degeneravit aureliam virore perfuſam, unde ſequenti die exigua Phalæna cineritii coloris producta eſt, volando velociſſima.

Hæc eſt Volubilis ſiliquoſa Mexicana, foliis plantaginis *Raji*, *ab Hernande in Hiſtor. Mexic.* Flilxochitl, flos niger & aracus aromaticus, *& à Plumerio in tractatu cui titulus Nova plantar. American. genera*, Vanilla flore viridi & albo, fructu nigreſcente *vocata*. *Diverſis adhuc aliis planta à diverſis auctoribus inſignitur nominibus, quæ collecta inveniuntur apud Pluckenet. in Almageſto Botanico pag.* 381.

LA Banille *que l'on voit dans cette planche eſt de la grande Eſpèce; car il en croît de deux ſortes à Suriname, l'autre eſt plus petite de feuilles & de fruits. Les feuilles de celle-ci ont un doît d'épaiſſeur, & on n'en trouve pas de plus minces que la Joubarbe d'Europe. Elle monte ſur les arbres comme le Lierre & s'y atache. Sa tige & ſes feuilles ſont d'un verd de prairie; ſon fruit eſt verd & reſſemble à une fève triangulaire, il eſt rempli de ſemences huileuſes & qui ont une odeur agreable. Cette plante croît d'elle-même à l'entour des plus hauts arbres, mais ſur tout de ceux qui ſont dans les lieux humides & marecageux. Son uſage dans le Chocolat eſt aſſez connu: il ſeroit à ſouhaiter qu'il y eût dans ce païs-là plus de curieux capables de cultiver cette plante & pluſieurs autres qu'on decouvriroit ſans doute dans cette terre auſſi fertile que vaſte.*

J'ai ſouvent vû ſur cette plante ces Chenilles brunes rayées de jaune, & telles qu'on les a vûës auſſi ſur la Murucuja *qui porte la Fleur de la Paſſion*, Planche XXI. *Je les ai nouries juſqu'à la fin de May des feuilles de* Banille; *alors étant reſtées en repos elle ſe transformèrent en* fêves *& le 7. de Juin en de beaux Papillons, dont le deſſous étoit couleur de ſafran & le deſſus jaune, rouge & brun avec des taches argentées ainſi qu'on voit ici l'un volant & l'autre en repos.*

La petite Chenille verte qui eſt ſur la feuille d'en bas ſe changea chez moi le 12. de Fevrier 1700. en une petite fêve *verte, d'où ſortit le lendemain un Papillon* nocturne *couleur de cendre qui étoit très vite en volant.*

C'eſt la *Volubilis ſiliquoſa Mexicana, foliis plantaginis* de Rajus, qu'Hernandes nomme *Flilxochitl, flos niger & aracus aromaticus* dans ſon Hiſtoire du Mexique; Plumier la nomme *Vanilla flore viridi & albo, fructu nigreſcente*, dans un traité qui a pour titre *Nova Plantarum Americ. genera.* D'autres Auteurs lui donnent d'autres noms que l'on trouve dans Pluckenet, *in Almageſto Botanico* pag. 381.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXVI.

EXhibet ramum arboris *Cacao*, cujus folia ſunt dura, rigida & graminei coloris. Creſcunt hæ arbores altitudine mali, ſimul flores & fructus, tam maturos, quam immaturos ferentes: rubicundi flores utrinque ex ligno progerminant: fructus teneriores cum rubore virideſcunt; maturi verò tanquam citri flaveſcunt, cortice tecti craſſiore, qui ad ſolum pingue reddendum loco fimi adhibetur. Semina ſeu fabæ, antequam in alias peregrè transmittantur regiones, in umbrâ probè ſiccantur. Gaudent agro Surinamenſi, atque in eo lubentiſſime excreſcunt hæ arbores; verùm culturæ ſunt difficilioris, quoniam aliâ ſemper ſub arbore latere debent, quæ adverſùs magnum ardorem ſolis illas tueatur, huic ferendo non pares: unde fit, ut tenerioribus *Bananas* ſeu *Baccoves* apponantur, quo poſtea iſtarum umbrâ à nimio æſtu tegi poſſint.

Nigricantes ejuſmodi Erucæ, rubentibus notatæ ſtriis, qualis virenti folio inhærens cernitur, in hac arbore plurimæ à me repertæ ſunt, illius frondem depaſcentes. Striæ rubicundæ punctulis niveis diſtinguuntur. Torpentes & ſegnes naturâ, die 26. Martii in aurelias, & hinc die 20. Aprilis in phalænas albicantes, ſtriis punctuliſque nigris ſuaves, permutatæ ſunt.

ON voit dans cette planche une branche de l'arbre qui porte le Cacao. *Ses feuilles ſont dures, rudes & d'un vert de prairie. Cet arbre devient de la hauteur d'un Pommier, & porte en même tems des fleurs & des fruits mûrs & d'autres qui ne le ſont pas. Ses fleurs qui ſont rouges, ſortent du bois même de côté & d'autre. Lorſque le fruit eſt encore tendre il eſt d'un verd rougeatre, mais lorſqu'il eſt mûr il eſt d'un jaune de citron. L'écorſe en eſt épaiſſe & l'on s'en ſert pour fumer les terres. On fait ſecher à l'ombre les ſemences ou fêves, avant de les tranſporter hors du païs. Ces arbres ſe plaiſent dans les Campagnes de Suriname, cependant on a de la peine à les faire croitre, parce qu'il faut qu'ils ſoïent couverts de quelqu'autre arbre qui les defende contre les rayons du ſoleil qu'ils ne peuvent ſoufrir, c'eſt pourquoi lorſqu'ils ſont jeunes on plante auprès quelques* Bananes *ou* Baccoves *qui ſont capables de les defendre de la trop grande chaleur.*

J'ai trouvé ſur cet arbre pluſieurs Chenilles noires rayées de rouge; elles ſe nouriſſent de ſes feuilles. Les rayes rouges ſont tachetées de petits points blancs. Elles ſont naturellement pareſſeuſes. Le 26. de Mars elles ſe transformerent en fêves *d'où ſortirent le* 10. *d'Avril des Papillons* nocturnes *blancs rayez & tachetez de noir.*

Hæc arbor eſt Cacao Cluſii & Amygdalis ſimilis Guatimalenſis *B. Pin. neque ad ullum à veteribus diſcriptum genus referri poteſt: quamobrem Cl. Tourneſortius inde peculiare in Inſtit. Rei Herbar. genus conſtituit, ubi etiam flores & fructus illius accurate deſcripſit & delineavit.*

Cet arbre eſt le *Cacao Cluſii* & l'*Amygdalis ſimilis Guatimalenſis* de B. Pin. on ne le peut mettre dans la claſſe d'aucun arbre dont aïent parlé les anciens; c'eſt pourquoi Tournefort en fait un genre particulier dans ſes inſtructions ſur la Botanique, où il decrit & depeint exactement ſes fleurs & ſon fruit.



P. Sluyter Sculp.



P. Sluyter sculp.

27

EXPLICATION DE LA FIGURE XXVII.

FRuctus hic Pomum *Sodomæ* vocatur, natus in plantâ, quæ ſeſquiulnæ vel duarum ulnarum nanciſcitur altitudinem, undique, folio etiam non excepto, acutis ſpinis horrida, perindè ac ſi natura præmonitionis addere ſignum voluiſſet, cum in cæteris ad tactum mollia ſint folia. Fructus ſive poma iſthic flaveſcunt, in plantâ hîc productâ rubeſcunt, venenata admodum, ſic prorſus, ut homines non minus atque bruta interficiant comeſta: intùs ſeminibus, rubentis quodammodo & fuſci coloris, repleta ſunt.

Erucam ſpadiceam cum ſtriis rubicundis, ceu ſuperiùs virenti irrepit folio, in plantâ reperi An. 1700. die 24. Septembris; fuſca inde facta eſt nympha; qualis ibidem cernitur; & hæc in flaveſcentem die 12. Octobris tranſiit phalænam, è fuſco maculatam, uti pariter folio inſidens depicta eſt.

Vermis in caule repit, aurantio gaudens colore, quem attulit mihi ſerva Nigrita, ſimul edocens, pulchras inde produci Locuſtas. Hic in fuſcam mutabatur bullam, quæ in viride ejuſmodi animalculum (ex unanimi incolarum aſſenſu) debebat transformari, ſenſim alis veſtiendum, ad inſtar Locuſtæ volantis: attamen cum rotunda hæc nympha morte periret, id ipſum obſervare mihi non licuit. Quoniam autem alii ex propriis obſervationibus de rei iſtius certitudine mihi affirmarunt; hic omnino illud ſilentio præterire nolui, ut ſi qui ſunt novitatis amantes: illis in veritatem inquirendi occaſionem præberem.

ON donne à ce fruit le nom de Pomme de Sodome; *il croît ſur un arbre qui eſt haut d'une aune & demi ou de deux aunes & qui eſt plein d'épines de tous côtez ſans en excepter même les feuilles; comme ſi la nature avoit voulu qu'elles ſerviſſent d'avertiſſement, car du reſte les feuilles ſon douces au toucher, les fruits ou les Pommes ſont jaunes dans ces païs-là, & ici elles ſont rouges; mais elles ſont très venimeuſes en ſorte qu'elles donnent la mort aux hommes & aux animaux qui en mangent. Le fruit eſt rempli de ſemences, qui ſont rougeâtres & brunes.*

La Chenille brune rayée de rouge, qui eſt en haut ſur une feuille verte, a été trouvée ſur cette plante. Le 24. de Sept. 1700. elle ſe changea en une fêve *brune, telle que l'on en voit une ſur une des feuilles en haut, le 12. d'Octobre il en ſortit un Papillon* nocturne *tacheté de brun, tel qu'on le voit ſur une autre feuille.*

Le vers couleur d'orange qui rampe ſur la tige m'a été aporté par une Négreſſe qui me dit qu'il en ſortoit de belles Sauterelles. Il ſe transforma en une veſſie brune qui à ce que chacun me diſoit, devoit produire un animal verd tel que celui-ci auquel les aîles viennent peu à peu telles qu'en a la Sauterelle volante; c'eſt cependant ce qui n'eſt pas arrivé, puiſque ma fêve *ou veſſie mourut. Mais comme chacun m'a afirmé qu'il ſe faiſoit une telle transformation, je n'ai pas voulu la paſſer ſous ſilence, afin que les curieux s'en puiſſent aſſurer par eux-mêmes.*

Vocat hanc plantam Tournefortius in Inſtitut. Rei Herbar. pag. 149. Solanum Americanum molle, foliorum nervis & aculeis flaveſcentibus, fructu mammoſo, *& Pluckenetius in Phytographia ſua Tab. CCXXVI. Figur. I.* Solanum Barbadenſe ſpinoſum, foliis villoſis, fructu aureo, rotundiore, pyri parvi inverſi forma & magnitudine. *Licet enim villoſiora à Pluckenetio pingantur folia, quam hic ſit, una eademque nihilominus eſt planta. Sloane appellavit illam in Catalogo ſuo Plantar. Inſul. Jamaic.* Solanum pomiferum tomentoſum fructu pyriformi inverſo.

Tournefort dans ſes Inſtruct. ſur la Botan. page 149. apelle cette plante *Solanum Americanum molle, foliorum nervis & aculeis flaveſcentibus, fructu mammoſo*, & Plukenet dans ſa *Phytographia* Tab. CCXXVI. Fig. I. la nomme *Solanum Barbadenſe ſpinoſum, foliis villoſis, fructu aureo, rotundiore, pyri parvi inverſi forma & magnitudine.* Quoique *Plukenet* decrivent ſes feuilles comme plus veluës qu'elles ne ſont ici c'eſt la même plante. Sloane la nomme dans ſon Catal. des Plantes de la Jamaique, *Solanum pomiferum tomentoſum fructu pyriformi inverſo.*

EXPLICATION DE LA FIGURE XXVIII.

ELegantes & reliquis omnibus majores *Citri* in agris Surinamenſibus ſponte proveniunt. Arbores magnitudine altiſſimas in Europa Malos æquant, folia & flores cum vulgaribus Citreis planè conveniunt, præterquam quod majores ſint & craſſiores, habito reſpectu ad prægrandes fructus; qui intùs parùm pulpæ continent, extùs craſſiſſimo cortice cinguntur, in maturis, ut in vulgari Citro, flaveſcente: conditus hic cortex placentis admiſcetur, & in Belgio *Zuccade*, in Germania *Citronaat* vocatur.

Mirum & prorſus ſingulare animalculi genus in hac arbore reperi, ab Erucis omnino diſcrepans, quod ejuſdem foliis veſcebatur, iiſque Limacum more inhærebat, cum pelle quâdam veſtiantur pedes, cujus ope foliis ſe agglutinat. Venenata ſunt animalcula, ita ut membra quoque ab illis tacta rigeant & inflammentur. Die 11. Junii, Anno 1701. exuviis dejectis textum ſtruxerunt, ceu in folio cernis, & ex uno illorum die 27. ejuſdem menſis. (me navem Belgium petentem jam ingreſſa,) tam rara erupit exilis Phalæna, quam in eodem arboris folio conſpicitur

Scarabæum nigricantem & ex rubro flavoque pulchriter maculatum fructui propter ejus raritatem impoſui, ut iconem adimpletam magis ornarem: inſecti quamvis incognitam mihi originem aliis inveſtigandam relinquam.

C'Eſt dans les plaines de Suriname que croiſſent les plus beaux & les plus gros Citrons. *Les arbres ſont auſſi hauts que les plus gros Pommiers d'Europe. Leurs feuilles & leurs fleurs reſſemblent à celles des Citroniers ordinaires, mais elles ſont plus grandes & plus épaiſſes proportionnément au fruit, qui contient au dedans un peu de moeıe, mais l'écorſe eſt fort épaiſſe. Lorſqu'il ſont mûrs ils ſont de la couleur des citrons ordinaires. Cette écorſe confite ſe met en Hollande dans le pain d'Epice, on l'y nomme* Zuccade *& en Allemagne* Citronaat, *en François écorſe de Citron.*

J'ai trouvé ſur cet arbre un animal très rare qui eſt tout à fait diferent des Chenilles. Il ſe nouriſſoit des feuilles de Citronier ſur leſquelles il ſe coloit comme les Limaçons, ſes pates étant couvertes d'une peau qui lui ſert à s'attacher ainſi. Cette animal eſt venimeux enſorte que les membres qu'il touche ſe roidiſſent & s'enflamment. Le 11. *de Juin après avoir changé de peau, il fila un Coccon, tel qu'on le voit ſur une feuille; le* 27. *du même mois, comme j'allois m'embarquer pour retourner en Hollande, il en ſortit le beau petit Papillon* nocturne, *qui eſt peint ſur une feuille du même arbre.*

J'ai mis ſur le fruit un Eſcarbot qui m'a paru rare, il eſt noir tacheté de rouge & de jaune; je laiſſe à d'autres le ſoin d'examiner l'origine de cet Inſecte qui m'eſt inconnu.

Citri hîc ab Auctore deſcriptæ jam ſatis ſuperque in Belgio cognitæ ſunt arbores, non minus uti Limonum ſeptima & decima, atque Granatæ arbor undecima icone depicta; quamobrem de illis haud multa ſubjungenda eſſe duxi.

Le Citronier que l'Auteur décrit ici, eſt aſſez connu dans les Païs-Bas, ainſi que les Limons peints dans les Planches VII. & X. & le Grenadier dans la XI. c'eſt pourquoi j'ai jugé à propos d'en dire peu de choſes.





J. Mulder Sculp.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXIX.

PRægrandis hic & egregius fructus *Pompelmoes* Surinami nuncupatur. Arbores mali creſcunt altitudine, fructuum copiâ admodum onuſtæ, ſic ut ramos à pondere frangi, periculum ſit. Cedit fructus dulcedine pomo aurantio, minus tamen acidus citreo; vincit utrumque corticis & pulpæ duritie & proin quoque ſaporis ſuavitate.

Inſident arboribus, virentemque earum depaſcunt frondem Erucæ virides, quibus caput cœruleum, corpus eſt pilis oblongis onuſtum, ferreo filo non mollioribus. Die 3. Auguſti cœperunt agglutinari, in aurelias ex ſpadiceo maculatas dein permutatæ; undè ejuſdem menſis die 19. tam venuſtæ exierunt Papiliones, variis pictæ coloribus, nigro, viridi, cœruleo & albo, atque auri & argenti inſtar fulgentes; adeo veloces autem & altivolantes, ut vix niſi per Erucarum metamorphoſin capi poſſint illæſæ.

Hæc arbor eſt Malus aurantia Indica, fructu omnium maximo, Pumpelmus dicto, *cujus binas ſpecies diſtinctas in arboreto Ceilonenſi, aliarumque in Indiâ Orientali regionum, colunt, conſiſtente ſolum differentia fructuum in pulpæ his ipſis incluſæ colore, veluti Hermannus in Catalogo Horti Academ. ſuo pag. 405. annotavit, ubi & hanc arborem prædicto nomine inſignivit.*

LE fruit repreſenté dans cette planche, ſe nomme Pompelmous *à Suriname; l'arbre qui le porte croît de la hauteur d'un Pommier, & il eſt ordinairement ſi fertile, que ſes branches ſont en danger de rompre ſous le poids du grand nombre de ſes fruits: ils ſont moins doux que l'orange ſans être auſſi aigres que le Citron; la peau en eſt plus dure & la chair plus ferme que celle des fruits qu'on vient de nommer, mais ceux-ci ne ſont pas ſi agreables au gout.*

On trouve ſur ces Arbres des Chenilles qui ſe nouriſſent de ſes feuilles; elles ſont vertes & ont la tête bleuë, & le corps couvert de longs poils auſſi durs que du fil de fer. Elles ſe tinrent en repos le 2. d'Août & ſe transformèrent enſuite en fêves *brunes tachetée; le 19. il en ſortit de beaux Papillons, noirs, verds, bleux & blancs, brillans comme l'or & l'argent. Ils ſont ſi vites & volent ſi haut qu'on ne peut en avoir d'entiers que ceux que l'on tire des Chenilles que l'on a nouries.*

Cet arbre eſt le *Malus aurantia Indica, fructu omnium maximo, Pumpelmus dicto.* On en cultive de deux eſpèces dans les vergers de Ceylon & des autres contrées des Indes. La diference de leurs fruits ne conſiſte que dans la couleur de la chair qu'ils renferment, ainſi que l'a remarqué Hermannus dans ſon *Cat. Hort. Academ.* page 405. où il parle de cet arbre ſous le nom raporté ci-deſſus.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXX.

P*Alma Chriſti*, in regione Surinamenſi Belgis *Olyboom* vocata, creſcit altiſſime, ſpectatu elegans, flores gerit flaveſcentes, quos capſulæ ſeminales echinatæ ſequuntur; ſemina initio virentia, matura ſunt fuſca. Si coquatur in aquâ ſemen, elicitur & aquæ innatat oleum, quod iſthuc loci non ſolum ad varia vulnera ſananda, verùm etiam ad flammas in lampadum ellychniis nutriendas, ut noctu luceant, uſurpatur.

Arboris folia eſca ſunt Erucæ, quæ ſeminibus ſupernè irrepit, ſubviridis & longioribus pilis albicantibus inſtructæ. Die 3. Maji in aureliam transmutata eſt, uti ſeminibus inhærens cernitur, unde menſis ejuſdem die 17. Papilio nigricans prodibat, cujus duæ anteriores alæ ſulphureo, duæ poſteriores coccineo erant imbutæ colore.

Nigricans Eruca, ex ſeminibus pendens, maculis adornatur flaveſcentibus, in his aliiſque arboribus plurima ſemper reperiunda. More Indorum quaſi in lectis pendulis continentur, undè nunquam integro exeunt corpore. Aliò pabuli quærendi gratiâ migraturæ, iſtas domus ſuas, ex ſiccâ arborum fronde ut videtur conſtructas, ritu cochlearum ſecum aſportant; quas tum alicubi moraturæ artificio ſingulari affirmare ſciunt. Die Aprilis 14. in nidulo ſuo hæc transfigurata in vilem tranſiit phalænam, naturâ admodum feram.

Hæc planta eſt Ricinus Americanus major, caule vireſcente *Hort. Reg. Pariſ. &* Avanacœ *ſive* Citavanacu *Part. II. Horti Malabarici deſcripta.*

L*'Arbre connu ſous le nom de* Palma-Chriſti, *& que les Hollandois habitans de Suriname nomment* * Olyboom, *devient fort haut, & eſt très-agreable à voir. Ses fleurs ſont jaunes, des capſules heriſſées de pointes leur ſuccedent, elles renferment des ſemences au commencement vertes qui deviennent brunes en meuriſſant; on les fait bouillir dans de l'eau pour en extraire l'huile qui nage au-deſſus, & dont on ſe ſert pour guérir toute ſorte de bleſſures; on la brule auſſi dans les lampes pour éclairer la nuit.*

Les feuilles de cet arbre ſervent de nouriture à la Chenille que l'on voit ſur la ſemence, elle eſt verdâtre & couverte de longs poils blancs. Le 3. *de Mai elle ſe transforma en une* fêve *telle qu'on la voit ſur la ſemence, le* 17. *du même mois il en ſortit un Papillon noir, dont les deux aîles de devant étoient de couleur de ſoufre, & les deux de derriere de couleur de ſafran.*

La Chenille noire ſuſpenduë aux ſemences, eſt tachetée de jaune, & on en trouve pluſieurs de cette eſpèce ſur cet arbre & ſur d'autres, elles s'enferment dans des eſpèces de Hamack à la maniere des Indiens, & elles n'en ſortent preſque jamais entières. Lorſqu'elles doivent changer de places pour chercher de la nouriture, elles portent avec elles, comme les limaçons, ces maiſons qui ſont faites comme on voit de feuilles ſèches, & lorſqu'elles doivent reſter en quelque endroit, elles ſavent les y attacher avec beaucoup d'adreſſe. Le 14. *d'Avril; celle-ci ſe transforma dans ſon nid en un vilain Papillon* nocturne *naturellement farouche.*

Cet arbre eſt le *Ricinus Americanus major, caule vireſcente*, du Jardin Royal de Paris, & l'*Avanacœ* où le *Citavanacu*, décrit dans la Seconde Partie de l'Hort. Malabar.

* C'eſt à dire *Arbre portant l'huile.*



30



P. Sluyter Sculp.

32

EXPLICATION DE LA FIGURE XXXI.

HÆ *Roſæ*, ex Caribicis Inſulis in agros Surinamenſes tranſlatæ, ibi lætè creſcunt; niveæ quando matutino tempore aperiuntur, rubicundæ poſt meridiem, veſperi iterum decidunt.

Candidas iſtiuſmodi & maculis puniceis ſuaves Erucas, qualem folio impoſui, ut in minorum Limonum arboribus Icone 17. expreſſis, etiam in his Roſis inveni. Præbent eſcam virentia fruticis folia, quibuſcum à 26. ad diem Auguſti 30. illas alui, quando iiſdem agglutinatæ, cineritii coloris factæ ſunt nymphæ, die 14. Septembris An. 1700. duplicis generis Papiliones iterùm producentes. Harum altera nigricat & flaveſcit, altera latere interiore atroviridi conſpicua eſt, alarum poſticis exterius colore puniceo, maculis flavis, cœruleis & rubicundis diſtincto, pulchrè tinctis; quod ad reliqua, pictura in ambabus eadem apparet.

Hæc eſt Roſa Sinenſis *à Ferrario in ſuâ Florum Culturâ hoc nomine deſcripta, optimoque jure* Ketmia Sinenſis fructu rotundo *à Tournefortio nuncupatur. Nomina illa numero plurima, quibus planta hæc à variis Auctoribus proponitur, omnia collecta reperies in Flora mea Malabarica, ſub titulo,* Alcea arboreſcens Japonica, pampineis foliis ſubaſperis, flore mutabili, ſive colorem mutante *Breyn. Prod.* 2.

C*Es* Roſes *ont été transportées du païs des Caraibes à Suriname, où elles ſe plaiſent beaucoup. Le matin, quand elles s'ouvrent elles ſont blanches, l'après midi elles ſont rouges & le ſoir elles tombent.*

J'ai trouvé ſur ces Roſes des Chenilles blanches tachetées de brun telles que celles qui ſont repreſentées dans la planche XVII. ſur l'arbre des Limons de la petite eſpèce. Elles ſe nouriſſent des feuilles de cet arbriſſeau, & je leur en ai donné depuis le 26. *juſqu'au* 30. *d'Août qu'elles reſtèrent en repos & ſe changèrent en* fèves *couleur de cendre, d'où il ſortit le* 14. *de Septembre deux ſortes de Papillons. L'un étoit noir & jaune, & l'autre d'un verd brun par deſſous, le derrière des aîles au-deſſus étoit brun tacheté de jaune, de bleu & de rouge, du reſte ils étoient l'un & l'autre aſſez ſemblables.*

C'eſt la *Roſa Sinenſis* que Ferrarius a décrite ſous ce nom dans ſon traité de la Culture des fleurs; Tournefort l'apelle avec raiſon *Ketmia Sinenſis fructu rotundo.* On trouve dans ma *Flora Malab.* tous les noms que les Auteurs ont donné à cette fleur, ſous le titre de *Alcea arboreſcens Japonica, pampineis foliis ſubaſperis, flore mutabili, ſive colorum mutante* Breyn. Prodr. 2.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXXII.

HÆc planta, Surinamenſibus Belgico idiomate *Slaapertjes* nuncupata, quam in horto meo colui, vulneribus imponitur, quod ad curationem eorum conducat. Noctu folia plantæ omnia complicantur, binis ſemper ita ſibi invicem junctis, ut unum eſſe videantur. Caule prædita eſt duriore, ſex pedum altitudine naſcitur, flores profert flaveſcentes exiguos, unde oblongæ & tenues emergunt ſiliquæ, plurimo parvo ſemine fœtæ, radix fibroſa albeſcit.

Veſcebantur virenti fronde Erucæ, cujuſmodi unam frutici inhærere cernis, virides, roſeis adornatæ ſtriis, & duobus corniculis munitæ. An. 1700. die 20. Maji deponere exuvias inchoarunt, & colores indutæ magis exaltatos, ſic in aurelias mutatæ ſunt rubicundas, argenteiſque maculis coruſcas. Hinc vero die 4. Junii ejuſmodi Papiliones ſpadiceæ & flavo venuſtæ eruperunt, ceu binæ, in aëre volitans, atque plantæ inſidens, delineatæ ſunt.

Planta hæc à Piſone Lib. IV. cap. 23. *nomine* Paiomirioba ſecunda *deſcribitur, & in Catalogo Horti Academici Lugduno-Batavi ab Hermanno* Senna Occidentalis, odore opii minus viroſo, foliis glabris obtuſis *appellatur. Quia vero non niſi flore ſolum convenit cum* Senna Alexandrina & Italica; *illa à Cl. Tournefortio jure meritoque refertur ad* Caſſiam fiſtulam Alexandrinam, *ad quam propius florum & fructûs ſimilitudine accedit, eique dicitur* Caſſia Americana fœtida, foliis ſubrotundis acuminatis, *quemadmodum pag.* 619. *Inſtit. Rei Herb. legitur.*

L*Es Hollandois habitans de Suriname donnent à cette plante le nom de* Slaapertjes, *comme qui diroit* les Dormeurs, *parceque la nuit les feuilles ſe joignent deux à deux tellement apliquées l'une ſur l'autre qu'on diroit qu'elles n'en ſont qu'une. Je l'ai cultivée dans mon jardin parce qu'elle eſt bonne pour guerir les playes; la tige eſt fort dure & elle croît à la hauteur de ſix pieds; elle porte de petites fleurs jaunes, d'où naiſſent des coſſes longues & étroites remplies de beaucoup de petites graines. La racine qui eſt remplie de fibres, eſt blanche.*

Une Chenille, telle que l'on voit ſur cette plante, ſe nouriſſoit de ſes feuilles, elle étoit verte, rayée de couleur de roſe & elle avoit deux petites cornes. Le 20. *de Mai* 1700. *elles changea de peau, ſes couleurs parurent plus vives, & elle ſe transforma en une* fève *rouge tachetée d'argent. Le* 4. *de Juin il en ſortit un Papillon brun orné de jaune, ainſi que l'on en voit ici deux, l'un voulant & l'autre en repos ſur la plante.*

Piſon dans le chap. 23. du Liv. IV. nomme cette plante *Paiomirioba ſecunda*; & Hermannus dans le Cat. Hort. Acad. de Leyde l'apelle *Senna Occidentalis, odore opii minus viroſo, foliis glabris obtuſis*; comme elle ne reſſemble que par ſa fleur à la *Senna Alexandrina & Italica*, Tournefort a eu raiſon de la raporter à la *Caſſia fiſtula Alexandrina* à laquelle elle reſſemble le plus tant par ſes fleurs que par ſon fruit, c'eſt pourquoi il l'apelle *Caſſia Americana fœtida, foliis ſubrotundis acuminatis*, ainſi qu'on peut le voir à la page 619. de l'*Inſtit. Rei Herb.*



Sluyter Sculp.


P Sluyter Sculp.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXXIII.

QUandoquidem *Ficus* Americanæ, omni ex parte ſimiles illis ſunt, quæ in Europa reperiuntur, iſtas ut deſcribam, planè non erit opus. Majori copiâ in agris Surinamenſibus creſcere facillimè poſſent, modo ab incolis cultæ magis propagarentur; cum fructus ſint adeo ſuaves atque refrigerantes, calidas regiones inhabitantibus longè utiliſſimi.

Erucas inferiùs appoſitas, virentia folia depaſcentes, ex his arboribus collegi. Die Martii 22. ex viridi colore cum ſtriis flaveſcentibus, in aurantium rubicundis ſtriis per totum corpus inſignem, tranſmutatæ ſunt, capite inſuper & caudâ nigreſcente, ita ut nova pictura veſtitæ à priſtinis planè diſſimiles viderentur Erucæ. Neque etiam poſt hanc metamorphoſin ullum ampliùs ſumebant pabulum, ſed in nymphas hepatici coloris pedetentim tranſibant, unde An. 1701. die April. 12. phalænæ ſpadiceæ prodierunt tam elegantes, quam in unâ volante ad ſummitatem Iconis potuit exprimi. Hanc paucis diebus poſt inſecuta eſt alia, colore multò obſcurior, aliterque maculata priore, quemadmodum in caudicis apice hærens oſtendit.

L*Es* Figues *ſont en Amerique parfaitement ſemblables à celles d'Europe; ainſi il n'eſt pas neceſſaire que je les decrive; il en croîtroit beaucoup plus dans le territoire de Suriname ſi elles y étoient cultivées; & comme ce fruit eſt en même tems agreable & rafraichiſſant, il eſt très utile aux peuples qui habitent les païs chauds.*

J'ai trouvé ſur les Figuiers les Chenilles ici repreſentées qui ſe nouriſſoient de leurs feuilles. De vertes qu'elles étoient, rayées de jaune, elles devinrent le 22. de Mars couleur d'orange avec des rayes rouges ſur tout le corps, aïant la tête & la queuë noires, enſorte qu'elles ſembloient revetuës d'une nouvelle livrée toute diférente de la précédente. Après cette transformation elles ne mangèrent plus, mais elles ſe changèrent peu à peu en fêves couleur de roſes ſèches, d'où le 12. d'Avril 1701. ſortirent des Papillons nocturnes *bruns, de la beauté de celui que l'on voit volant au haut de cette Eſtampe; quelques jours après il en vint un autre d'une couleur plus foncée & autrement tacheté que le premier, ainſi qu'il eſt repréſenté ſur le haut de la tige.*

Multa de hac plantâ ſubjungere mihi res videtur omnino ſupervacanea, quippe cum in Europâ, quænam ſint arbores Ficus, quinam ejuſdem fructus, unicuique ſatis ſuperque innotuerit. Diverſarum tamen ſpecierum illius plures inveniuntur, fructuum differentiâ maxime inter ſe diſcrepantes; veluti apud Tournefortium in Inſtitutionib. Rei Herb. pag. 262. & 263. legitur.

Il m'a paru inutile de m'étendre ſur cette plante; car comme il y a quelques figuiers en Europe, il n'y a perſonne qui ne les connoiſſe. On en trouve de diverſes eſpèces, dont les fruits font la diference; ainſi qu'on le peut voir dans les inſtructions ſur la Botanique par Tournefort pag. 262. & 263.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXXIV.

U*Væ*, tam rubro & cœruleo, quam viridi & albo acino, lætè admodum citòque in terris Surinamenſibus creſcunt; adeo ut palmes abſc.ſſus, ſoloque mandatus, ſex menſibus elapſis uvas proferat maturas, & ſic totius anni decurſu fructus carpi queat, ſi idem propagandi modus ſingulis menſibus repetatur. Dolendum ſanè, iſthuc loci non habitare, qui huic culturæ ſtudere ament; vinum quippe Surinamum transferri non foret opus, quin potius indè in Belgium transvehi illud poſſet, cum quotannis vindemias ſæpius ita colligendi daretur opportunitas.

Erucas iſtiuſmodi, qualem in Tabulâ ſimul expreſſi, die 26. Auguſti folia vitiginea depaſcentes reperi. Spadiceo & ſuaviter candicante colore nitidæ erant, reptatu celeres, paſtu voraces, atque hinc copioſa & coacervata excrementa: poſtremum corporis ſegmentum macula nigricans diſtinguebat, cujus medium nivea pellicula cryſtalli inſtar ſplendente conſpicuum erat, quæ quoties reſpirabat inſectum, alternatim elevabatur rurſuſque concidebat. Arbitratur in Erucis plures ſe obſervaſſe oculos Leuwenhoekius, uti ſcriptum legitur Epiſtola 146. à pag. 430. ad 452. verùm mihi eoſdem detegere nondum contigit, tametſi Erucas ingentes ſæpiùs habuerim. Die 26. Auguſti, Anno 1700. una ex his in pampino pulchrè contortiplicato, ſuetâ Erucis metamorphoſi, aurelia facta eſt: die 15. Septemb. elegans inde phalæna emerſit, viridis, ſed alarum poſticis colore cœruleo & rubicundo inter ſe mixtis picta.

Quandoquidem Vitis in Europa ad neceſſitudinem rei ſatis cognita jam eſt, & plures, quam in America, uvarum ſpecies diverſæ multo labore coluntur; de illis aliquid addere haud neceſſum erit.

L*E Raiſin rouge, bleu & blanc croît volontiers dans le territoire de Suriname; un ſep de vigne coupé & mis en terre porte ſix mois après des Raiſins murs; en ſorte qu'en en plantant ainſi tous les mois, on peut avoir du Raiſin pendant toute l'année. Il eſt triſte qu'il ne ſe trouve pas dans ce païs des gens qui s'apliquent à cultiver cette plante, car bien loin qu'il fut neceſſaire de porter du vin à Suriname, cette Colonie en pouroit fournir à la Hollande, puiſque l'on pouroit faire les vendanges pluſieurs fois l'année.*

J'ai trouvé le 26. d'Août la Chenille que j'ai repreſentée ici, ſe nouriſſant de feuilles de vignes. Elle étoit brune agreablement tachetée de blanc; elle rampoit fort vîte, & mangeoit beaucoup; ce qui étoit cauſe qu'elle jettoit une grande quantité d'excrémens; la dernière jointure étoit marquée d'une tache noire au milieu de laquelle étoit une pellicule blanche brillante comme le Criſtal, qui s'élevoit & s'abaiſſoit ſelon que l'Inſecte reſpiroit. Mr. Leuwenhoek croit avoir découvert pluſieurs yeux dans les Chenilles, ainſi qu'il l'a remarqué dans ſa Lettre 146. depuis la page 430. juſqu'à 452.; neanmoins quoique j'aïe eu entre les mains un grand nombre de Chenilles, je n'ai jamais fait cette decouverte. Le 26. d'Août 1700. une de celles, dont j'ai parlé ci-deſſus, ſe changea en fêve *dans une feuille de vigne qu'elle avoit admirablement repliée: Le 15. de Septembre il en ſortit un beau Papillon* nocturne *verd, dont le bout des aîles étoit peint de rouge & de bleu.*

Il ſeroit inutile de s'arêter plus longs-tems ſur le chapitre des vignes qui ſont aſſez connuës en Europe, où il y en a de plus d'eſpèces diferentes qu'en Amerique.





35

EXPLICATION DE LA FIGURE XXXV.

ICone hac repræſentatus ex arbore ſylveſtri ramus eſt, cujus fructus, tanquam globuli roſariorum apud Pontificios, ſibi invicem juncti cohærent. Flores ut Mali Perſicæ colorati ſunt; fructus virideſcentes, ſeptem vel octo numero conjuncti pendent.

Erucarum iſtius generis, quod hic ad vivum delineavi, prima in hac arbore à me reperta fuit, rubicunda & fuſcis maculis inſignita. Poſtmodum eaſdem ingenti copiâ vidi in Palma Coccos ferente, quam Operi meo inſerere nolui, tum quod ab aliis jam ſatis deſcripta & depicta ſit, tum quod ob magnitudinem nimiam huc non quadret. In hac Palma ſacculum compoſuerant, ſeu tela ducendo formaverant jam dictæ Erucæ, qui longitudine ad dimidiam fere ulnam accedens, colore ochræ ſimilis, arctus & denſe contextus erat, innumeris tam Erucis, quàm Erucarum exuviis repletus. Ego vero ad ædes meas aſportatum, folio arboris hic exhibitæ poſtmodum appendi ſacculum, ulterius Erucarum mores inveſtigatura: atque ſic de die illas in ſacco manere reconditas, noctu autem ad pabulum quærendum emigrare obſervavi, ſacculo proximè ad fructum ex folio pendente. Menſis Aprilis initio his arboribus & circa eaſdem agglutinatæ in nymphas transformatæ ſunt eleganter tinctas, quæ diebus 14. 15. & 16. Aprilis Papiliones flavos, puniceis maculis conſperſos, produxerunt.

Eruculas hirſutas & fuſcas; comam virentem depaſcentes, pariter in eâdem arbore obſervavi. Die 9. & 10. Aprilis telæ ſemet incluſerunt, & die 23. ejuſdem menſis Papiliunculi tranſparentes inde prodierunt, ex atro pulchriter maculati, qualem inferiùs ad plantam delineatum dedi.

LA branche que l'on voit dans cette planche eſt d'un arbre ſauvage, dont les fruits ſont attachez les uns aux autres comme les grains de Chapelet. Ses fleurs reſſemblent à celles du Pêcher pour la couleur, les fruits ſont verds, & il y en a ordinairement ſept ou huit attachez les uns aux autres.

C'eſt ſur cet arbre que j'ai trouvé la premiére Chenille que j'ai vuë de l'eſpèce qui eſt ici repreſentée, rouge tachetée de brun. J'en trouvai depuis une grande quantité ſur les Palmiers qui portent le Coccos, que je n'ai pas peint dans cet ouvrage tant parceque d'autres les ont decrits & deſſinez, que parcequ'ils ſont trop grands. Ces Chenilles avoient fait ou plûtôt filé ſur ces Palmiers un ſac qui avoit une demi-aulne de long qui étoit jaune, épais & fort. Il étoit rempli de Chenilles & de leurs depouilles. J'emportai ce ſac chez moi & je le pendis à une feuille de l'arbre ici deſſiné, pour examiner ce que feroient ces Chenilles. Je remarquai que le jour elles reſtoient dans ce ſac & que la nuit elles en ſortoient pour aller paturer; elles avoient pendu le ſac à une feuille tout auprès du fruit. Au commencement d'Avril elles s'atachèrent à cet arbre ou aux environs & ſe transformèrent en fèves d'une belle couleur qui le 14. 15. & 16. du même mois produiſirent des Papillons jaunes tachetez de brun.

Je trouvai encore ſur cet arbre de petites Chenilles velues & brunes qui ſe nouriſſoient de ſes feuilles. Le 9. & le 10. d'Avril elle ſe renfemèrent dans des Coccons, d'où ſortirent le 23. du même mois des Papillons transparens beaux & tachetez de noir, ainſi que j'en ai repreſenté un volant deſſous cette branche.

Hanc plantam apud neminem hucuſque vel deſcriptam vel icone expreſſam videre mihi contigit, præter hanc Auctorem noſtram; meoque judicio nuncupari poſſet, Coronilla Americana arboreſcens, floribus dilutè rubeſcentibus.

Je n'ai encore vû cette plante ni decrite ni deſſinée par perſonne que par notre auteur, & ſelon moi on pouroit la nommer *Coronilla Americana arboreſcens, floribus dilutè rubeſcentibus.*

EXPLICATION DE LA FIGURE XXXVI.

PLantam hanc cum in dumeto reperiſſem, nulla vero iſthuc loci reſecari poſſit, quin ſtatim marceſcat, illam ab Indo ſervo è terra cum ſuâ radice effoſſam, domum transferri, & in hortum meum locari curavi. Albiſſima gaudet radice, Nicotianæ aliàs quodammodo ſimilis, florem profert candidum, Hyacinthi radice tuberosâ Cluſ. æmulum, quo deciduo, poſt elapſum ſex menſium tempus iterùm floret. Nomen & vires ejus prorſùs ignota ſunt Surinamenſibus, quippe quos talia inveſtigandi nulla tenet cupido, quin me alia præter ſacchari arundinem in agris quærentem deridebant, cum tamen in vepretis longè plura meo judicio detegi poſſent, modo hæc eſſent pervia: tot enim carduis & ſpinis denſa horrent, ut mancipia ſecuri armata præmittenda eſſent, ad aperiendum mihi tranſitum quodammodo penetrabilem, qui nihilominus mihi erat difficillimus.

Puniceam & ex albo nigroque eleganter variegatam Erucam foliis plantæ veſci obſervavi. Anno 1701. die Aprilis 14. in aureliam, atque hinc porro die 26. ejuſdem menſis in fuſcam & candicantem Papilionem, quatuor maculis aurantiis in alâ poſteriore utrâque inſignem, transformata eſt.

Inhærebant eidem adhuc plantæ albicantes quædam beſtiolæ, depoſitas exuvias in corporis poſtico circumgerentes, quibus pediculi virides, à Gœdartio Part. I. pag. 90. deſcripti, eſca erant in hac plantâ. Ipſis Calendis Aprilis textum ſibi ſtruxerunt, unde die decimo poſt muſcæ hujuſmodi coloris lignei evolarunt.

J'Ai trouvé cette plante dans un bois, mais comme on ne peut couper dans ce païs-là une branche qu'elle ne ſe fletriſſe d'abord, je la fis déplanter avec ſa racine par un de mes Eſclaves, & je la fis d'abord transplanter dans mon jardin; ſa racine eſt d'un beau blanc, & elle reſſemble du reſte au tabac; elle porte une fleur blanche comme celle d'une Tubereuſe, & ſix mois après qu'elle eſt tombée la plante fleurit de nouveau. On ne connoit à Suriname ni ſon nom ni ſes qualitez; ce n'eſt pas dans ce païs-là qu'on a la curioſité de faire de pareilles recherches, & on s'y moquoit de moi, parceque je recueillois autre choſe que du ſucre, quoique ſelon moi, on pouroit trouver bien d'autres choſes dans ces bois-là, s'il étoit poſſible de les traverſer, car ils ſont ſi remplis de chardons & d'épines, que j'étois obligée de faire marcher devant moi quelques Eſclaves qui la hache à la main m'ouvroient un chemin avec beaucoup de peine.

Je trouvai cette Chenille brune tachetée de blanc & de noir, qui mangeoit les feuilles de cette plante. Le 14. d'Avril 1701. elle ſe transforma en fève, d'où ſortit le 26. un Papillon brun & blanc qui avoit quatre taches couleur d'orange ſur les deux aîles de derrière.

Il y avoit auſſi ſur cette plante de petites bêtes blanches qui trainoient après elles leur peau qu'elles avoient quittée. Elles ſe nouriſſoient de certains Poux verds que Goedaart a décrit dans ſon premier Volume pag. 90. Le 1. d'Avril elles ſe firent un Coccon d'où ſortirent le 10. du même mois des mouches couleur de bois telles que celle que l'on voit volante.





P. Sluyter Sculp.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXXVII.

HÆc planta Surinami *Okkerum*, aliàs *Althæa* nuncupari ſolita, Botanicis abundè cognita eſt. In altitudinem viro majorem excreſcit; duplici gaudet flore, & ex albo flaveſcente, & roſeo; fructum ſi diſſecueris, lentor tenacitate quaſi fila ducens effluit, coctus verò cibum præbet mancipiis in America.

Erucula plantæ irrepens, ejuſdem fronde paſcitur. Die 17. Junii Anno 1700. telæ involuta in nympham coloris hepatici permutata eſt qualis fructui adjacet, unde menſis ejuſdem die 28. exigua rubeſcens phalæna prorupit.

Virentium foliorum infimo albicans inhæret beſtiola, nigris notata maculis, quæ in planta iſta vivit, atque die 1. Martii in animalculum alatum mutata eſt, quod attactum vel leviſſimum ſaltu effugiebat.

*Cette Plante porte à Suriname le nom d'*Okkerum *ou d'*Althea *qui eſt aſſez connue des Botaniſtes; elle devient plus haute qu'un homme, & elle a deux ſortes de fleurs, les unes d'un jaune pâle & les autres couleur de roſe, lorſqu'on ouvre ſon fruit, il en ſort une liqueur gluante qui file.*

La Chenille qui rampe ſur cette plante, en mange les feuilles, le 17. de Juin 1700. s'étant enfermée dans un Coccon *elle s'y transforma en une* fêve *couleur de roſe ſèche, telle qu'on la voit près du fruit, & le 28. il en ſortit une Papillon* nocturne *rougeâtre.*

Sur la feuille d'en bas il y a une petite bête blanche tachetée de noir qui vit ſur cette plante, & qui le 1. de Mars ſe changea en un petit animal aîlé qui évitoit, en ſautant, le moindre atouchement.

Hæc planta dicitur Ketmia Braſilienſis, folio ficus, fructu pyramidato, ſulcato, *à Tournefortio in Inſtit. Rei Herb.; à Patruo meo Joh. Commelino*, Alcea Americana annua, flore albo, maximo, fructu pyramidali, ſulcato, *ubi delineata eſt Part. I. Hort. Amſtelod. à Marcgravio in Hiſtoria rer. nat. Braſil.* Quingombo Luſitanis Congenſibus & Angolenſibus Quislobo.

Tournefort dans ſon Inſt. Rei Herb. nomme cette plante *Ketmia Braſilienſis, folio ficus, fructu pyramidato, ſulcato.* Mon Oncle J. Commelin qui l'a deſſinée dans la Part. I. Hort. Amſtel. la nomme *Alcea Americana annua, flore albo, maximo, fructu pyramidali, ſulcato*; Enfin Marcgrave dans ſon Hiſt. Rer. Nat. Braſil. lui donne le nom de *Quingombo Luſitanis Congenſibus & Angolenſibus Quislobo.*

EXPLICATION DE LA FIGURE XXXVIII.

Reperi hanc plantam in terris Surinamenſibus ſponte naſcentem, octo pedum altitudine: exiguos obſcurè rubentes producit flores, capſulæ ſeminales tripartitæ ſunt, earum qualibet unicum ſemen continente, quod initio viride, poſtea fuſcum evadit. Extremam virentium foliorum oram cingunt fi rillæ quædam, pariter virideſcentes, & ſingulæ capitulo aliquo munitæ, qui purgationibus ac enematis præparandis inſervit: decoctorum etiam capitulorum aquam illis exhibere ſolent, qui morbo ibidem populari, nomine *Beljak*, infeſtantur.

Folia hujus plantæ, ſimiliter ut Anonæ N°. 14. deſcriptæ, eſca fuerunt ingentis illius ac viridis, Erucæ, quæ famelica licet atque vorax, copia tamen excrementorum minimas non excedebat Eruculas, validis corporis motibus quaſi reverberans, ubi tangeretur. Die 23. menſis Junii immota hærens exuvias, quas folio impoſitas cernis, & viridem cum iis colorem depoſuit, rubicundo tunc quodammodo tincta. Altera die poſt in hepatici coloris mutabatur aureliam, proboſcide exteriùs inſtructam, uti delineata infra cauli adjacet; quæ inquieta admodum per quadrantem ferè horæ continuis ſe jactitabat contorſionibus. Die 20. Auguſti Anno 1700. magna inde phalæna erupit, corpore ſex aurantiis orbiculis ornata, quatuor verò alis & ſex pedibus nigra elegantiſſimeque variegata. Proboſcis illius ex duobus conſtat canaliculis, quos ita jungere ſibique invicem applicare ſcit hoc phalænarum genus, ut unica veluti formetur fiſtula, & illæ mel ex floribus per eandem attrahere poſſint; quo exſucto proboſcidem in orbem arctè convolutam ſub capite inter oculos recondunt, ſic prorſus, ut vix ibi rurſus inveniri queat. Fortes ſunt, & difficulter ſatis necantur, ovula ponunt albicantia copioſiſſima.

Minorem Eruculam ſuperius icone expreſſam eadem plantæ fronde alui, uſque dum in aureliam die 6. Maji, ceu ſupra in caule jacet, atque hinc die 20. ejuſdem menſis in aurei coloris papiliunculum, nigricante limbo cinctum, transformaretur.

J'Ai trouvé dans les campagnes de Suriname cette plante qui y croît d'elle-même à la hauteur de huit pieds. Elle porte des fleurs d'une couleur de rouge obſcur; les Capſules qui renferment la ſemence ſont diviſées en trois, & chaque compartiment ne contient qu'une ſemence qui eſt verte au commencement & qui enſuite devient brune. Ses feuilles qui ſont vertes, ſont bordées d'une eſpèce de franges auſſi vertes & dont chacune eſt terminée par un petit nœud; on en compoſe des purgations & des cliſteres, & en les faiſant cuire, on en donne l'eau à boire à ceux qui ſont attaquez du Beljak, *maladie particulière de ce Païs-là.*

La groſſe Chenille verte que l'on voit ici ſe nourit des feuilles de cette plante & de celles du Zurſak deſſiné dans la planche XIV. Elle étoit vigoureuſe & mangeoit beaucoup; ne jetant neanmoins pas plus d'excrement qu'une petite Chenille; & lorſqu'on la touchoit, elle repouſſoit avec force. Le 23. de Juin étant reſté en repos, elle quitta ſa peau, que l'on voit ſur la ſeconde feuille; & aïant quitté en même tems ſa couleur verte, elle parut rouge, le lendemain elle ſe trouva transformée en une fève *couleur de roſes ſeches, qui avoit une trompe qui paroiſſoit, ainſi que je l'ai deſſiné ſur une branche. Cette* fève *ne reſtoit pas en repos & elle ſe donnoit des mouvemens qui quelque fois duroient un gros quart d'heure. Enfin il en ſortit le 20. d'Août 1700. un grand Papillon* nocturne *dont le corps étoit orné de ſix taches rondes couleur d'orange, il avoit quatre aîles & ſix pieds il étoit noir & admirablement tacheté; la trompe conſiſtoit en deux tuyaux, que ces Papillons ſavent ſi bien joindre enſemble qu'ils n'en forment qu'un dont ils ſe ſervent pour ſuccer le miel des fleurs, & après s'en être ſervi, ils roulent cette trompe & la cachent ſi bien ſous leur tête entre leurs yeux qu'on ne la decouvre qu'avec peine; ils ſont vigoureux, & on a de la peine à les tuer, ils pondent une grande quantité d'œufs blancs.*

J'ai nouri des feuilles de cette plante la petite Chenille qui eſt repreſentée en haut; le 6. de Mai elle ſe transforma en fève, *ainſi qu'elle eſt ſur la tige & le 20. du même mois il en ſortit un petit Papillon couleur d'or bordé de noir.*

Planta hæc eſt Ricinus Americanus perennis, floribus purpuraſcentibus, Staphidis agriæ foliis, *Part. I. Hort. Amſtelod. deſcriptus; merito autem à Tournefortio in Inſtit. Rei Herb. ad aliud refertur genus atque* Ricinoides, Staphiſagriæ folio, *nuncupatur. A Caſp. Bauhino dicitur* Ricinus Americanus, folio Staphiſagriæ, *& à Pona,* folio ficus.

Cette plante eſt decrite dans la Part. I. Hort. Amſtel. ſous le nom de *Ricinus Americanus perennis, floribus purpuraſcentibus, Staphidis agriæ foliis*; mais Tournefort la raporte avec raiſon à un autre genre & la nomme *Ricinoides, Staphiſagriæ folio.* Gaspar Bauhin l'apelle *Ricinus Americanus, folio Staphiſagriæ,* & Pona y ajoute, *folio ficus.*


J. Mulder. Sculp



39.

EXPLICATION DE LA FIGURE XXXIX.

HÆc in horto meo Surinami progerminavit planta, nemine vel vires ibi vel nomen ejus me docente. Altitudine plenæ creſcit ulnæ, floſculos producit flaveſcentes.

Erucas in hac planta reperi prægrandes, ejuſdem folia depaſcentes, colore virides & ex albo, nigro & rubicundo maculatas. Sub finem menſis Maji telæ, qualem cauli appoſui, ſe ipſas involverunt & in puniceas coloris hepatici aurelias mutatæ ſunt: unde menſis Junii die 20. unica hæc exigua emerſit phalæna, cinerea & nigris albicantibuſque maculis inſignita, reliquis omnibus mihi morte ereptis.

Cette plante eſt cruë dans mon Jardin à Suriname, ſans que perſonne m'en ait pu dire ni le nom ni les proprietez, elle étoit d'une aulne de haut, & portoit de petites fleurs jaunes.

J'ai trouvé ſur cette plante de groſſes Chenilles qui en mangeoient les feuilles, elles étoient vertes tachetées de blanc, noir & rouge. Vers la fin de Mai elles ſe renfermèrent dans un Coccon *tel que j'ai repreſenté ſur une branche, & s'y ſont changées en* fêves *couleur de roſes ſèches, d'où il ſortit le 20. de Juin un petit Papillon* noćturne *couleur de cendre tacheté de noir; toutes les autres* fêves *moururent.*

EXPLICATION DE LA FIGURE XL.

DUplex eſt ſpecies arboris, cujus hic delineatum exhibeo ramum, altera fœcunda, ſterilis altera; hæc mas dicitur, & flores tantum viſu ſuaviſſimos profert, plena ſemper denſis florum racemis; illa, quam hic cernis, fœmina vocata, ex caudice albos protrudit floſculos, unde fructus enaſcuntur. Admodum differunt fructus illi tum figura, tum magnitudine; quidam ovati ſeu ex oblongo rotundi ſunt, alii contra magis globoſi, & rurſus nonnulli majores, alii vero minores. Lacteus effluit liquor, ſi incidantur fructus, ſemine nigro intùs ſcatentes: grati quoque ſaporis ſunt, ipſoque in ore ſumti, liqueſcunt. Maturi flaveſcunt, cocti autem, quando maturitatis medium circiter attigerunt, optimarum inſtar raparum ſapiunt; quin & ſolum in aqua decoqui, poſtea conſcindi & ſic manducari ſolent. Truncus veluti caulis braſſicæ mollis eſt, internè cavus, quamobrem ad canales inde parandos, pro excipienda in tectis aqua pluviali, adhibetur. Brevi quidem tempore in altum excreſcit arbor, caudice recto, & ſpectatu jucunda, ſed brevi etiam rurſus perit. Folia ſuperiùs ex apice trunci emergunt, quem eleganti ſpectaculo uti corona diſperſa cingunt: iſthuc loci Arbor *Papaja* nuncupatur.

Erucas Albicantes obſervavi non paucas in apice proceræ iſtius arboris, quam, ut eaſdem colligerem, penitùs feci detruncari, quia tum ob altitudinem nimiam, tum propter cavitatem ſuam conſcendi nequit. Virenti fronde ejuſdem arboris alui Erucas, ad decimum uſque diem menſis Junii Anno 1700. cum tela circumtextæ in aurelias hepatici coloris mutatæ ſunt, cujuſmodi in caule fructus conſpicitur; atque hinc die 3. Julii exiguæ prodierunt phalænæ, qualis ipſi fructui inhærens cernitur.

Alias præterea flaveſcentes Erucas, ſtriiſque hepatici coloris obductas, in ſummitate hujus arboris & reperi, & collectas iiſdem foliis nutrivi, donec Aprilis die 6. fixæ in aurelias, & poſtea die 20. ejuſdem menſis, in albicantes ejuſmodi Papiliones, ceu volitans in aëre delineata eſt, transformarentur.

IL y a deux eſpèces diferentes de l'arbre dont j'ai ici deſſiné une branche, l'une porte des fruits & l'autre eſt ſterile; cette derniere eſpèce ne porte que des fleurs fort agreables à la vûë, on la nomme le mâle, & il eſt toûjours plèins de bouquets de fleurs. L'eſpèce que j'ai repreſentée ici eſt la femelle, dont la tige porte des petites fleurs blanches qui produiſent les fruits qui ne ſont pas tous de la même figure, car les uns ſont ovales, les autres ronds, les uns gros, les autres petits. Lorſqu'on coupe ce fruit il en ſort une liqueur lactée, & on le trouve rempli de grains noirs. Ce fruit eſt d'un gout fort agreable & fond dans la bouche. Lorſqu'il eſt mûr, il eſt jaune, & ſi on le fait cuire lorſqu'il n'eſt qu'à moitié mûr, il a le goût des meilleurs Navets. On le cuit dans l'eau ſimplement, on le coupe & on le mange ainſi; ſa tige eſt comme celle des Choux, creuſe en dedans & on s'en ſert pour faire aux maiſons des eſpèces de goûtières pour recevoir l'eau de pluye; cet arbre devient fort haut en peu de tems, ſa tige eſt fort droite & il eſt agreable à la vûë, mais il ne dure pas long-tems. Les feuilles ſortent de l'extremité de la branche autour de laquelle elles forment une couronne très agreable. On nomme cet arbre Papaja.

J'ai vû pluſieurs Chenilles blanches ſur le ſommet de cet arbre que j'ai fait couper pour les prendre, par ce qu'on ne peut monter juſqu'au haut à cauſe qu'il eſt trop élevé & trop foible. J'ai nouri ces Chenilles des feuilles vertes de cet arbre juſqu'au 10. *de Juin* 1700. *qu'elles s'enfermèrent dans un* Coccon *où elles ſe changèrent en* fêves *couleur de roſes ſeches, ainſi qu'on en voit une ſur la branche, le* 3. *de Juillet il en ſortit le petit Papillon nocturne que l'on voit ſur le fruit.*

J'ai encore trouvé au haut de cet arbre d'autres Chenilles jaunes rayées de couleur de roſes ſeches; je les ai nouri des mêmes feuilles juſqu'au 6. *d'Avril qu'elles ſe tinrent en repos & ſe changèrent en* fêves *d'où ſortit le* 20. *du même mois le Papillon blanc que j'ai ici dépeint volant.*

Binæ iſtæ arbores, mas & fœmina, pulchrè depictæ & deſcriptæ ſunt Part. I. Hort. Malabar. Illarum denominationes dantur plures, quas omnes in mea Flora Malabarica ſub titulo Pepo arboreſcens & Papaja Orientalis *Columnæ, atque* Pepo arboreſcens mas, ſeu ſterilis *Parad. Bat. Prodrom. congregatas invenies.*

Les deux eſpèces de cet arbre, mâle & femelle ſont bien deſſinées & bien decrites dans la Part. I. Hort. Malab., on leur donne pluſieurs noms que j'ai tous raportez dans ma Flora Malabarica ſous le titre de *Pepo arboreſcens* & *Papaja Orientalis Columnæ*, & auſſi de *Pepo arboreſcens mas, ſeu ſterilis* Parad. Bat. Prodrom.




J. Mulder Sculps.

EXPLICATION DE LA FIGURE XLI.

RAdix hæc, *Battattes* dicta, rubedine paulò dilutiore tincta eſt, quam radix Betæ rubræ radice rapæ C. B. in Europâ: eodem autem modo atque hæc præparatur vel carni juncta etiam decoquitur, ſapore valdè ad caſtaneas accedens teneriore tamen, illiſque adhuc ſuaviore. Citò adeò creſcit & augetur, ut integrum agrum brevi temporis ſpatio unica repleat radix. Inſtar Convolvuli ſcandit planta, quâ de re & hîc delineatam Arundini cuidam circumduxi, quæ pariter in iſtis regionibus circa ripas naſcitur, floribus cum rubore flaveſcentibus ornata. Cærulei ſunt flores hujus *Battates*; cujus ſi terram tetigerit ramus, rurſùs ibi radices agit hac ratione per radices, ramos & ſemina planta multùm propagata.

Eruca hujus arundinis irrepit folio, quæ utrâque veſcebatur herbâ. Planè quadrata erat, è flavo viridis, capitulis inſtructa globoſis & rubentibus; pedes ipſius & exiles ungulæ tenui & pellucidâ continebantur pelliculâ, quæ totius etiam ventris erat tegumentum, ſic ut in reptatu nulli pedes apparerent, verùm ubique, inſtar limacis, ope hujus cuticulæ agglutinaretur Eruca. Die 22. Julii textum colore ochræ ſibi ipſi ſtruxit, undè die Auguſti 23. ejuſmodi alatum prorupit animalculum, puniceum atque ex aureo flavo eleganter ſtriatum, quale ad ſummitatem iconis volitans delineavi.

Folia *Battattes* eſcam præbuerunt minori virideſcenti Eruculæ, cujus generis hic binas, & in caule, & in folio, repentes expreſſi, plures verò etiam in Cucumerum fronde obſervavi, tum antrorſùm, tum retrorſùm reptando celerrimas. Ad extremum roſeum indutæ colorem, in tenui albicante texto ſibi ipſis ſtructo die 24. Auguſti aureliæ ſunt factæ, hinc diebus 29., 30., 31. Auguſti duplex Papiliunculorum ſpecies emerſit, candicans & flava, margine cincta puniceo, velut icon exhibet alteram quieſcentem, alteram volantem.

CEtte Racine, que l'on nomme Battattes, *eſt d'un rouge un peu plus clair que les Betraves d'Europe; on prepare celle-là comme celles-ci, & on la cuit auſſi avec la viande. Son goût reſſemble à celui des Chataignes; mais il eſt plus delicat. Cette Racine croît & multiplie extraordinairement, en ſorte qu'en peu de tems une ſeule remplit tout un champ; ſa plante monte comme la vigne ſauvage, c'eſt pourquoi je l'ai repreſentée ici autour d'un roſeau, qui croît auſſi dans ce païs-là ſur le bord de l'eau, & qui porte une fleur qui eſt d'un rouge tirant ſur le jaune. Les fleurs des* Battattes *ſont bleuës, & lorſque la branche ſe recourbe ſur terre, auſſi-tôt elle prend racine; c'eſt ainſi que cette plante multiplie tant, par ſes racines, ſes branches & ſes ſemences.*

La Chenille qui eſt ſur une feuille du Roſeau ſe nouriſſoit de cette feuille & de celles de la Battatte; elle étoit quarrée, & d'un verd jaunâtre. Elle eſt couverte de petits boutons ronds & rouges; ſes pates ſont couvertes d'une peau fort claire qui lui couvroit auſſi tout le ventre, en ſorte que lorſquelle rampoit on n'apercevoit pas ſes pieds, & qu'à l'aide de cette peau elle s'attachoit par tout comme une limace. Le 22. de Juillet elle fila un Coccon *couleur d'ocre, d'où le 23. d'Août il ſortit un Inſecte aîlé, tel qu'il eſt deſſiné au haut de la planche, brun rayé d'un jaune couleur d'or.*

D'autres petites Chenilles vertes ſe nouriſſoient auſſi des feuilles des Battattes, *j'en ai repreſenté deux rampantes ſur une branche & ſur une feuille. J'en ai trouvé auſſi beaucoup de ſemblables ſur les feuilles de Concombres, qui rampent très vite ſoit en devant ſoit en arrière. Elles devinrent à la fin couleur de roſes, & elle ſe transformerent en* fêves *le 24. d'Août dans un* Coccon *fort mince, qu'elles s'étoient filé elles mêmes; le 29., 30. & 31. du même mois il en ſortit deux ſortes de Papillons blancs & jaunes dont les aîles étoient bordées de brun, ainſi que j'ai repreſenté l'un volant & l'autre en repos.*

Arundo hac tabulâ depicta eſt Cannacorus flore Coccineo ſplendente *Tournefortii Inſtit. Rei Herb.* Canna Indica flore fulgenti Cocco ſplendente *Herm. Catal.* Convolvulus *autem eidem circumvolutus arundini* Kappakelenga *in Horto Malabar. dicitur, &* Batatas *ſive* Camotes Hiſpanorum *apud Cluſium audit, nomine, quo illum deſcribit. Plurimas denominationes, quibus à variis proponitur Auctoribus iſte* Convolvulus, *reperies collectas in Florâ Malabaricâ meâ ſub titulo,* Convolvulus Indicus, radice tuberoſâ eduli, cortice rubro, Batatas dictus, Parad. Bat. Prod. *Hucuſque tamen quod ſciam, præter auctorem hujus operis, nemo flores hujus plantæ delineavit; tametſi in Hiſtoriâ ſuâ naturali ſcripſerit Piſo, Plantæ* Batata *dictæ ſpecies producere florem inſtar* Convolvuli. *Cluſius reſcire nunquam potuit, qualem hæc planta vel florem, vel fructum proferret, quin Marcgravius utrumque in illâ naſci, negat: ut adeò ex hac figurâ clarè pateat, meritò à variis Auctoribus eam inter* Convolvulos *referri. Hernandes in Hiſtoriâ ſuâ Mexicanâ in cognatâ quadam ſpecie, quæ* Cacamotic Tlanoquiloni ſeu Batata Purgativa *ab ipſo vocatur, flores ſimiles* Convolvuli *floribus repræſentat, quos eidem plantæ etiam Piſo & Marcgravius tribuunt.*

Le Roſeau deſſiné dans cette planche eſt le *Cannacorus flore Coccineo ſplendente* de Tournefort dans ſon *Inſt. Rei Herb.* la *Canna Indica flore fulgenti Cocco ſplendente* du Catalogue de Herm. quant au *Convolvulus* repreſenté autour du Roſeau, c'eſt le *Kappakelenga* de l'*Hortus Malab.* & que Cluſius décrit ſous le nom de *Batatas* & de *Camotes Hiſpanorum.* On trouve dans ma *Florâ Malab.* tous les noms que les Auteurs donnent à ce Convolvule ſous le tître *Convolvulus Indicus radice tuberoſâ eduli, cortice rubro, Batatas dictus Parad. Bat. Prod.* Je ne ſache pas cependant que juſqu'à preſent perſonne ait deſſiné les fleurs de cette plante, excepté nôtre Auteur. Il eſt vrai que Piſon a écrit dans ſon Hiſtoire Naturelle qu'une eſpèce de plante nommée *Batata* portoit une fleur comme celle du Convolvule. Cluſius n'a pu découvrir quelle fleur ou quel fruit cette plante portoit, & Marcgravius dit qu'elle ne porte ni l'un ni l'autre; quoiqu'il en ſoit il paroit par cette figure que c'eſt avec raiſon que pluſieurs Auteurs l'ont mis au rang des Convolvules. Hernandes dans ſon Hiſtoire du Mexique repreſente des fleurs ſemblables à celles du *Convolvule* ſur une plante ſemblable, qu'il nomme *Cacamotic Tlanoquiloni ſeu Batata Purgativa*; Piſon & Marcgrave donnent ces fleurs à cette même plante.

EXPLICATION DE LA FIGURE XLII.

FLos hic dictus moſchatus, Belgicè *Muſcus-Bloem* in plantâ octo circiter pedes altâ creſcit ſubflavus, nullius odoris; ubi decidit, grandis producitur capſula ſeminalis, plena intùs ſeminibus fuſcis, quæ fortem Moſchi odorem ſpirant. Virgines iſta filis ſericeis excepta brachiis circumdant, more ſuo ſe ipſas ornaturæ: foliis ad ſaginandos Gallinarum Indiarum pullos utuntur.

Viride quoddam & ex atro ſtriatum Erucarum genus, ceu in capitulo floris ſuperiùs hæret, in hac plantâ obſervavi, quod virenti ejuſdem fronde paſcebatur. Die 20. Martii in aurelias punicei coloris, qualem proximè ad Erucam poſui, transmutatæ, hinc die 2. Aprilis in phalænas albicantes tranſierunt, cujuſmodi unam ad ſummitatem iconis volantem delineavi.

Menſe Julio inſequente aliud adhuc Erucarum genus in eâdem plantâ reperi, quod etiam in Guajavâ Tab. XIX. exhibitâ prævideram, nigricans & è flavo ſtriatum, capite & caudâ rubens. Die 10. Julii tenui ſe incluſit texto, atque in exiguam tranſit aureliam; undè 26. ejuſdem menſis die Papiliunculus, ſtriis ad cœruleum accedentibus elegans, productus eſt, velut infrà in figurâ expreſſi.

Planta hic exhibita à variis Auctoribus non ſolum deſcribitur, verùm etiam delineatur & nominibus donatur variis, ceu eadem collecta leguntur in Florâ Malabaricâ inter ſpecies Alceæ. *Præ omnibus illis verò aptiſſima mihi videtur plantæ denominatis à Cl. Tournefortio propoſita, quando ab eodem vocatur* Ketmia Ægyptiaca, ſemine Moſchato.

CEtte fleur que les Hollandois nomment Muſquée Muſcus-Bloem *croît ſur une plante qui eſt haute d'environ huit pieds, elle eſt d'un jaune clair, & n'a point du tout d'odeur. Lorſqu'elle eſt tombée, il croit en ſa place une grande coſſe remplie de graines brunes qui ont une forte odeur de muſc. Les filles enfilent ces grains comme un colier & s'en font des bracelets. On ſe ſert des feuilles pour engraiſſer les Poulets d'Indes.*

J'ai trouvé ſur cette plante une ſorte de Chenilles vertes rayées de noir, telles que j'en ai deſſiné une ſur le bouton de la fleur. Elles ſe nouriſſoient des feuilles vertes de cette plante. Le 20. de Mars elles ſe changèrent en fêves *brunes telles qu'on en voit une près de la Chenille; & le 2. d'Avril ces* fêves *produiſirent des Papillons* nocturnes *blancs comme celui qui eſt deſſiné au haut de la planche.*

Au mois de Juillet ſuivant je trouvai ſur la même plante une autre eſpèce de Chenilles, que j'avois deja vûës ſur la Guajave Planche XIX. Elles étoient noires rayées de jaune & elles avoient la tête & la queuë rouges. Le 10. de Juillet elles ſe renfermèrent dans un Coccon *fort mince où elle ſe changèrent en une petite* fêve; *d'où il ſortit le 26. du même mois un Papillon orné de rayes qui tiroient ſur le bleu, comme on le voit au bas de la planche.*

Pluſieurs Auteurs ont décrit & deſſiné cette plante à la quelle ils donnent pluſieurs noms que j'ai raportez dans ma *Florâ Malabar*. entre les eſpèces d'*Alcea*: de tous ces noms je n'en trouve pas qui convienne mieux que celui que lui donne Tournefort qui l'apelle *Ketmia Ægyptiaca, ſemine Moſcato.*



42


P. Sluyter Sculp.

EXPLICATION DE LA FIGURE XLIII.

HIc ramus eſt arboris ſylveſtris excelſiſſima, foliis duris & rigidioribus, in cujus pediculis ligneis aſperæ quædam enaſcuntur excreſcentiæ, rotundis veluti corniculis inſtructæ, quibus in Medicinâ ad pulmonum morbos utuntur. Dicitur hæc arbor Belgio *Malmelade doosjes-Boom*, à fructu in eâdem creſcente, qui extùs horridus & piloſus, primùm vireſcit, dein ligneâ flavedine tinctus indureſcit. Iſtius per medium diſſecti intranea comeduntur, cum Meſpilis Europæis ſapore, colore & ſeminibus plurimùm convenientia; cortex refert pyxidem, quamobrem & *Marmeladedoos* Belgicè, hoc eſt pyxis Marmelatæ, nuncupatur.

Erucam in hac arbore reperi, corpore hirſutis aculeis armatam, quorum extremitatibus appendicula quædam formâ ſtella adhærebat: tota nigra erat, duriora verò hæc folia ipſi pabulum largiebantur. Die 3. Aprilis in aureliam transfigurata eſt, poſtquam ligno arboris ſe agglutinaſſet: hinc die 18. ejuſdem menſis venuſta erupit Papilio, quam Gallico nomine in Belgio *Page de la Reine* appellare ſueverunt.

C'Eſt ici une branche d'un arbre ſauvage fort haut dont les feuilles ſont dures & roides; il vient ſur ſes branches de petites excreſcences dures couvertes de petites cornes rondes dont on ſe ſert dans les maladies qui attaquent les poulmons. Les Hollandois apellent cet arbre Marmelade doosjes-Boom, *c'eſt-à-dire l'*arbre aux boëtes à Marmelade; *nom qui vient de ſon fruit, qui en dehors eſt rude & couvert de poils & qui après avoir été verd devient dur & d'un jaune qui tire ſur la couleur de bois. Le coupant en deux on en mange le dedans, qui reſſemble fort au Neſles d'Europe pour le goût, la couleur & les pepins; ſon écorce reſſemble à une boëte, c'eſt pourquoi les Hollandois lui ont donné ce nom.*

J'ai trouvé ſur cet arbre une Chenille dont le corps étoit tout couvert de pointes, au bout deſquelles pendoit comme une étoile, elle étoit toute noire, & ſe nouriſſoit de ces feuilles dures. Le 3. d'Avril elle ſe transforma en fêve *après s'être attachée à une branche de l'arbre; le 18. du même mois il en ſortit le beau Papillon que l'on apelle en Hollande le* Page de la Reine.

Multum congruit hæc arbor cum iſtâ, quæ dicitur in Horto Malabar. Panitsjika-Maram, *& à Piſone* Janipaba, *cujus plura cognomina alia recenſentur in Florâ Malabaricâ, ubi vocata eſt* Pomifera Indica Tinctoria, Janipaba dicta, *Raji Hiſtor. Plant. Differentia ſolùm quædam in calice floris ſubeſſe videtur qui in Horto Malabar. fructui præbet fulcimentum.*

Cet arbre reſſemble fort à celui qui eſt nommé dans l'*Hortus Malab.*, *Panitsjika-Maram*, que Piſon nomme *Janipaba* & dont j'ai raporté d'autres noms dans ma *Florâ Malab.* où il porte celui de *Pomifera Indica Tinctoria*, *Janipaba dicta*, ſelon Ray dans ſon Hiſt. des Plantes; on n'y trouve d'autre diference que dans le calice de la fleur qui dans l'*Hort. Malab.* ſert de ſuport au fruit.

EXPLICATION DE LA FIGURE XLIV.

ROcu procera arbor eſt, florem dilutè rubentem, inſtar mali in Europâ, producens; quo deciduo, ſequitur Capſula ſeminalis, ex oblongo rotunda, & caſtaneæ in modum echinata, ipſa pulchrè rubentia continentur ſemina, quæ in aquâ ad macerandum reponunt Indi, atque ſic rubicunda ſecedit tinctura & ad fundum præcipitatur: tum ſenſim decantatâ aquâ, colorem è fundo collectum ſiccant, quocum varias ſibi ipſis in nudâ cute pingunt figuras, ita ſe multùm ornari exiſtimantes.

Virenti paſcitur fronde cauli inferiùs irrepens Eruca, punicea, flaveſcentibus ſtriis inſignita, & pilis rubentibus onuſta. Die 4. Aprilis in duriuſculam & hirſutam aureliam, hinc die 6. Maji in phalænam obſcurè virentem tranſiit.

Præterea in hac arbore reperi fuſcam ejuſmodi Erucam, ceu ſuperiùs folio impoſui, quæ eâdem veſcebatur fronde. Die 26. Martii telæ incluſa in aureliam abiit, qualis interjacet foliis, & die Aprilis 10. in cineream mutata eſt phalænam, veluti ad figuræ ſummum in plantâ hærentem expreſſi.

LE Rocu *eſt un grand arbre, qui porte des fleurs d'un rouge clair comme celles des Pommiers en Europe. Lorſqu'elles tombent, elles font place à une coſſe longue & ronde couverte de pointes comme l'ecorce qui renferme la Chataigne; elle contient des grains d'un beau rouge que les Indiens font tremper dans de l'eau; la teinture rouge s'en détache & ſe precipite au fond; on verſe l'eau inſenſiblement & l'on fait ſecher la couleur qu'on recueille au fond, dont les Indiens ſe ſervent pour ſe peindre toute ſorte de figures ſur la peau, ce qu'ils regardent comme un ornement.*

La Chenille qui rampe en bas ſur la branche, ſe nourit des feuilles de cet arbre; elle eſt brune rayée de jaune & couverte de poils rouges. Le 4. *d'Avril elle ſe changea en une* fêve *dure & veluë d'où ſortit le* 6. *de Mai un Papillon* nocturne *verd tirant ſur le brun.*

J'ai auſſi trouvé ſur cet arbre une Chenille brune telle que celle que j'ai deſſinée en haut ſur une feuille, dont elle ſe nouriſſoit: le 26. *de Mars elle s'enferma dans un* Coccon, *où elle ſe transforma en une* fêve, *comme je l'ai repreſentée entre les feuilles, & le* 10. *d'Avril il en ſortit un Papillon* nocturne *que j'ai deſſiné au haut de cette plante.*

Hæc arbor eſt Urucu *à Piſone deſcripta, & in Part. I. Horti Amſtelodam.* Orleane, vel Orellana, folliculis Lappaceis, Hermanni, *nuncupatur ubi adhuc aliæ denominationes in illius deſcriptione recenſentnr. Cl. Tournefortius hanc arborem cum duabus* Cortuſæ Americanæ *ſpeciebus junxit novumque inde genus conſtituit, quod ab illo dicitur* Mitella; *quoniam fructus iſtius pariter, ac in binis* Cortuſæ Americanæ *ſpeciebus, dehiſcunt, quando ſunt maturi mitellam ſeu mitram Epiſcopalem formæ ſimilitudine referentes. Hæc itaque in Inſtitut. Rei Herb. ab eodem vocatur* Mitella Americana, maxima, tinctoria.

Cet arbre eſt l'*Urucu* que Piſon a décrit, & qui eſt apellé, dans la I. Part, de l'Hort. Amſtel., *Orleane vel Orellana, folliculis Lappaceis Hermanni*; où on lui donne encore d'autres noms. Tournefort confond cet arbre avec les deux eſpèces de *Cortuſæ Americanæ* & il en fait une nouvelle eſpèce qu'il nomme *Mitella*, parce que ſon fruit, comme celui des deux eſpèces de *Cortuſa Americana*, s'ouvre lorſqu'il eſt mûr, & reſſemble alors à la mitre d'un Evêque. C'eſt pourquoi cet Auteur l'apelle dans ſes Inſtit. Rei Herb., *Mitella Americana, maxima, tinctoria.*



P Sluyter Sculp.

44



45

EXPLICATION DE LA FIGURE XLV.

HIc *Flos Pavonis*, planta novem pedum altitudine creſcens, flores producit flavos & rubicundos. Semen mulieribus exhibetur parturientibus, ad promovendos partus labores: hinc fit, ut Indæ apud Belgas in ſervitute ſuâ durius tractatæ, ejus ope ſibi abortum accerſant, liberos tam gravi jugo ſibi ſimiles & pariter mancipia naſci præpeditura. Servæ etiam Nigritæ, Surinamum è Guineâ vel Angolâ delatæ, ni benignè admodum excipiantur, neque procreant, neque expetunt infantes: quin mortem interdum ſibi ipſis conſciſcunt, ob acerbitatem jugi, quo communiter premuntur; in patriâ enim ſe ab amicis cum libertate regeneratum iri, arbitrantur; veluti hoc ipſæ mihi enarrarunt.

Erucæ in hac planta vivunt, cæſio colore tinctæ, quæ virenti ejus fronde nutriuntur. Anno 1700. die 22. Januarii quietæ jacentes, mutatâ formâ aureliæ factæ ſunt coloris punicei; unde Februarii die 16. cineritiæ phalænæ prodierunt, proboſcide ſuâ mel è floribus ſugentes, qualem ſuperiùs volantem delineavi.

C*Ette plante, qu'on nomme* Fleur *ou* Crête de Paon *croît juſqu'à la hauteur de neuf pieds, ſes fleurs ſont jaunes & rouges. Sa graine eſt d'uſage pour les femmes en travail, qu'elles font d'abord accoucher. Les Indiennes Eſclaves des Hollandois, étant traitées dans ce Païs avec beaucoup de dureté, s'en ſervent pour ſe faire avorter, afin de ne pas donner le jour à des Enfans qui ne naitroient que pour être auſſi miſerables qu'elles. Quant aux Negreſſes que l'on tranſporte à Suriname, ſoit des côtes de la Guinée, ſoit d'Angola, elles ne cherchent pas à faire des Enfans & effectivement elles en ont rarement, & même pour peu qu'elles ſoient maltraitées elles ſe donnent la mort dans l'idée où elles ſont qu'elles vont rejoindre leurs parens dans leur patrie où elles eſpèrent de jouir de leur liberté; ainſi que je le leur ai oui raconter.*

Les Chenilles que l'on trouve ſur cette plante ſont d'une couleur de verd de mer clair, & elles ſe nouriſſent de ſes feuilles. Le 22. de Janv. 1700., elles reſtèrent en repos, & ſe transformèrent en fêves *brunes, d'où ſortirent, le 16. de Fevrier, des* Papillons nocturnes *couleur de cendres, qui à l'aide de leur trompe ſuçoient le miel des fleurs; j'en ai dépeint un au haut de cette Eſtampe.*

Hæc arbor in Part. VI. Horti Malabar. depicta cernitur, & nomine Tsjetti-Mandaru *deſcripta eſt. Diverſis quoque aliis denominationibus apud alios eadem proponitur, quæ omnes in Florâ Malabaricâ meâ recenſentur congregatæ ſub titulo,* Criſta Pavonis, coronillæ folio, prima *&c. Cum autem hanc plantam generum hucuſque cognitorum nulli poſſe accenſeri, Cl. Tournefortius obſervaſſet, ex eâ novum condidit, &* Poincianam flore pulcherrino *illam nuncupavit.*

On trouve cette plante deſſinée dans la IV. Partie de l'*Hort. Malab.* & elle y eſt décrite ſous le nom de *Tsjetti-Mandaru.* D'autres Auteurs en ont parlé ſous d'autres noms, que j'ai tous raporté dans ma *Flora Malabarica* ſous le titre de *Chriſta Pavonis, coronillæ folio, prima &c.* Cl. Tournefort aïant trouvé que cette plante ne pouvoit être miſe ſous aucun genre connu, il en a formé un nouveau ſous le nom de *Poinciana flore pulcherrimo.*

EXPLICATION DE LA FIGURE XLVI.

SUaveolentia *Jaſmina* Surinami ſpontè, neque minùs denſè, quam vepreta in Europa, paſſim creſcunt, adeo fortem ſpirantia odorem, ut è longinquo ſuavitate ſuâ nares feriant.

Sub his Jaſminorum virgultis plerumque magnâ copiâ deliteſcunt Lacertæ, Iguanæ, Marcgravio ſic dictæ, Belgis *Leguanen*, Serpentes: quamobrem hîc pulchrum & rarum appoſui Serpentem, ſub illis ad radices plantæ à me captum, qui morem prorſus habet ſingularem ita in orbem ſeſe contortiplicandi, ut caput inter gyros ſuos penitùs recondat.

Fronde Jaſminorum veſcebatur viridis hæc Eruca, quæ & plantarum Tab. XIII. & XIV. exhibitarum folia depaſcebat. Die Februarii 12. in pulchrè ſtriatam fuſci ac nigri coloris aureliam transfigurata eſt, quæ tacta diu ſeſe circumvolvebat: hinc die 16. Martii phalæna cinerea producebatur, interioribus alis flaveſcens.

Hæc planta eſt Pitsjegam-Mulla *in Part. VI. Horti Malabar. deſcripta; cujus nomina alia conjuncta reperiuntur in Florâ Malabaricâ poſt titulum*, Jaſminum humilius magno flore, *B. Pin.*

LE Jaſmin *d'une odeur excellente croît de tous côtez dans les campagnes de Suriname où on le trouve comme les buiſſons en Europe*; & *ſon odeur eſt ſi forte, qu'on le ſent aſſez de loin.*

On trouve ſous cette plante un grand nombre de Lézards, d'Iguanes *que les Hollandois nomment* Leguanes & *de Serpens*; *c'eſt pourquoi j'ai mis ici ce beau & rare Serpent, que j'ai pris à la racine de cette plante, où il a une manière particulière de s'entortiller cachant ſa tête au milieu de tous ſes replis.*

Cette Chenille verte ſe nouriſſoit des feuilles de cette plante, elle reſſembloit à celles des planches XIII. & *XIV.* *Le* 12. *de Fevrier elle ſe transforma en une belle* fève *rayée de brun* & *de noir*, & *qui lorſqu'on la touchoit, elle ſe rouloit long-tems*; *le* 16. *de Mars il en ſortit un Papillon* nocturne *couleur de cendre, dont les ailes de deſſous étoient jaunes.*

Cette plante eſt décrite dans la IV. Partie de l'*Hort. Malab.* ſous le nom de *Pitsjegam-Mulla*, je raporte tous ſes autres noms dans ma *Flora Malab.* ſous le nom de *Jaſminum humilius magno flore*, B. Pin.



45


T. Milton Sculp

EXPLICATION DE LA FIGURE XLVII.

QUod ipſum pag. 34. de *Uvis cœruleis* attuli, idem hìc de albicantibus poſſet dici, quæ non minùs ac illæ in terra Surinamenſi augentur & luxuriant.

Anni 1700. menſe Majo in pampinis hujus vitis prægrandes obſervavi virideſcentes Erucas, admodum voraces, qualem ſuperiùs in palmite delineatam cernis. Hæc die Maji 15. quieta hærens colore mutato ad fuſcum magis accedebat, & tres dies poſt in aureliam tranſibat; unde Junii die 3. venuſta erupit phalæna, viridis ac rubicunda, cum ſtriis pallidè ſpadiceis, proboſcide & corniculis aureâ flavedine tinctis, uti in volante ſuperiùs expreſſi. Mas tamen hujus phalænæ pulchrior longè erat, ac fœmina.

Inferior Eruca ſimiliter folia vitiginea depaſcebat. Exporrecta ſuperiori longitudine non cedebat; tacta vero in arctum ſeſe contrahebat, velut in cauliculo hærens infra cernitur, ſpumam ex ore emittens. Circa medium Maji menſis an. 1700. depoſitis exuviis, in fuſcam aureliam, qualis adjacet cauli, transfigurata eſt, & die 6. Junii in elegantem hujuſmodi phalænam, è fuſco maculatam & ex albo ſtriatam, pedibus niveis, & proboſcide auri in modum flaveſcente. Utramque metamorphoſin unica in Tabula repræſentavi, cum ambobus inſectis una eademque eſſet eſca.

JE pourois repeter ici touchant les Raiſins blancs, ce que j'ai dit des rouges, ceux-là croiſſent & multiplient autant que ceux-ci dans les terres de Suriname.

Au mois de Mai 1700., je trouvai ſur les branches de cette vigne de grandes Chenilles vertes; elles étoient fort voraces & telles que j'en ai deſſiné une ſur ce ſep: Le 15. de Mai elle reſta en repos & devint d'une couleur qui tiroit ſur le brun; trois jours après elles ſe changea en fêve, *d'où ſortit le 3. de Juin un beau Papillon* nocturne *vert & rouge avec des rayes tirant ſur la couleur de chataigne; ſes cornes & ſa trompe étoient couleur d'or, les mâles étoient plus beaux que les femelles.*

La Chenille qui eſt en bas ſe nouriſſoit auſſi de feuilles de vigne; elle étoit auſſi longue que la première lorſqu'elle s'étendoit, mais auſſi-tôt qu'on la touchoit elle ſe ramaſſoit, de la manière qu'on la voit deſſinée ſur une branche, & elle jettoit de l'écume. Vers le milieu du mois de Mai 1700., elle changea de peau & ſe transforma en une fêve, *telle qu'elle eſt repreſentée ſur une branche. Le 6. de Juin il en vint un beau Papillon* nocturne *tacheté de brun & rayé de blanc, ſes pates étoient blanches & ſa trompe couleur d'or j'ai repreſenté ces deux Chenilles ſur la même planche parce qu'elles ſe nouriſſoient des mêmes feuilles.*

EXPLICATION DE LA FIGURE XLVIII.

T*Abrouba*, virens fructus, ab Indis ſic dictus, in procera naſcitur arbore ſylveſtri, quæ flores exiguos profert ex albo virideſcentes, Simiis cibum præbentes. Floribus deciduis, rotundum apparet dehiſcenſque capitulum, undè ſenſim producitur fructus, ſemine, ut Ficus, interiùs ſcatens plurimo, ſed albicante. Hinc ſuccum exprimunt Indi, quem Solis exponunt radiis; ſic ille tandem nigreſcit, ipſiſque colorem exhibet, quo nudo in corpore varias ſibi pingunt figuras, per novem dierum ſpatium nullo ſapone delendas; poſt illos vero elapſos haud diutiùs durat ornatus. Fructus venenoſus ab iis creditur. Lignum arboris inciſum lacteum fundit liquorem, quo ad caput ſibi inungendum utuntur Indi, ſi nimis illud pruriat. Quoniam enim nudo incedunt capite, in illud ex animalculis quibuſdam alatis emiſſum ſemen facile decidit, & vermiculos ibi generat, maximum pruritum excitantes, quos ope ſucci iſtius necant & pellunt.

Eruca fructui irrepens, foliis hujus arboris nutritur; ex atro flaveſcit, ſetis fere ſimilis peniculo, quo veſtes tergere ſolemus. Auguſti circiter die 3. telam lignei coloris contexuit, cui incluſa etiam transformata eſt, ape magnâ, nigrâ & flavis annulis cinctâ die 15. Auguſti inde prorumpente.

Prægrandem in ſummitate iconis appoſui volantem Scarabæum, ut magis illam replerem.

Vermis ſubalbidus in figuræ medio virenti folio irrepit, *Palmyt Worm* Belgicè vocatus, quod in Palma arbore ſuum quærat pabulum. Hic illum appoſui, quia Palmam ob foliorum profundè ſectorum amplitudinem nimiam non potui delineatam exhibere. Naſcitur aliàs hæc Palma caudice brevi & raro, quem cingunt folia, unum ſupra aliud ex illo uſque ad apicem emergentia, in altum ſurrecta. Quinquaginta annos creſcere arborem, antequam omnino ſit perfecta, incolæ perhibent: tum vero illam cædunt, ubi foliorum exortus eſt. Truncum etiam viri longitudine, quouſque ſcilicet mollis ſeu rarus eſt, amputare, & Braſſicæ floridæ in modum decoquere aſſolent; gratiore enim gaudent ſapore, quam thalami Cinaræ. Procreantur in trunco hujus arboris copiâ innumerâ vermiculi, qui medulla ejuſdem paſcuntur, acaris caſeorum initio haud majores, tandem verò in molem auctæ, qualem hîc expreſſi. Vermes iſtos prunis imponunt candentibus, aſſatoſque cibum credunt eſſe delicatiſſimum. Producitur à vermibus his Scarabæus ejuſmodi nigricans, uti hîc depictum exhibui, quem Indi nuncupant Parentem vermium in Palma arbore viventium, Belgæ *Moeder der Palmyt-Wormen*.

L*E* Tabrouba *eſt un fruit verd que les Indiens nomment ainſi, l'arbre qui le porte, eſt ſauvage & devient fort haut; il porte de petites fleurs d'un blanc tirant ſur le verd, que les Singes mangent. Lorſque ces fleurs tombent, il reſte un chapiteau d'où croît inſenſiblement un fruit qui renferme quantité de graines blanches, de la même manière que les figues. Les Indiens en expriment le ſuc qu'ils expoſent au ſoleil, il devient noir, & c'eſt de cette couleur dont ils ſe ſervent pour ſe faire ſur le corps des figures qu'on ne peut en éfacer pendant neuf jours quand même on les froteroit de ſavon, après ce tems-là elle s'éfacent d'elles même; ils croyent que ce fruit eſt venimeux. Lorſqu'on coupe une branche de cet arbre, il en ſort une liqueur lactée dont les Indiens ſe frotent la tête lorſqu'elle leur démange. Comme il vont tête nuë de petits inſectes volans y jettent facilement leur ſemence, qui produit de petits vers qui cauſent cette demangeaiſon & que ce ſuc tuë.*

La Chenille qui rampe ici ſur le fruit, ſe nourit de ſes feuilles, elle eſt jaune & noire couverte de crins comme une broſſe: Le 3. d'Août elle fila un Coccon dans lequel elle changea de forme & d'où ſortit le 15. du même mois une eſpèce d'Abeille rayée circulairement de jaune & de noir.

J'ai mis au haut de cette Eſtampe un grand Eſcarbot volant ſeulement pour remplir le vuide.

Un vers blanchâtre rampe au milieu ſur une feuille verte. Les Hollandois le nomment Palmyt-Worm, *c'eſt-à-dire* Vers de Palmier *parcequ'il ſe nourit ſur cet arbre. Je l'ai deſſiné ici parce que je ne pouvois repreſenter une feuille de Palmier fenduë qui eſt trop groſſe, en éfet le tronc eſt court & molaſſe, mais les feuilles dont il eſt environné croiſſent l'une ſur l'autre juſqu'au ſommet; les naturels du Païs diſent qu'il croît pendant cinquante ans avant d'avoir aquis ſa perfection, alors ils le coupent à l'endroit où les feuilles commencent; ils coupent auſſi le tronc à hauteur d'homme c'eſt-à-dire juſqu'où il commence à devenir mol, & ils le cuiſent comme nous cuiſons les choux-fleurs, le goût en eſt plus agreable que des culs d'artichocs. Il fourmille dans le tronc de cet arbre de certains vers qui ſe nouriſſent de ſa moële, ils ne ſont pas plus grands au commencement que des mites de fromage, mais ils deviennent tels que celui qui eſt ici repreſenté. On les grille, & il y a des gens qui trouvent ce mèts très-délicat. Il ſort de ce vers un Eſcarbot noir, tel que je l'ai ici dépeint & que les Indiens nomment ainſi que les Hollandois la* Mere des Vers de Palmiers.



18



J. Mulder Sculp.

49

EXPLICATION DE LA FIGURE XLIX.

M*Alus Punica*, arbor ubique terrarum ſatis nota, etiam in agris Surinamenſibus naſcitur. Exhibuit illa mihi aliquod ſcarabæorum genus, tardum naturâ & ſegne, atque adeo captu facile, anteriùs ſub capite oblongam gerens proboſcidem, quam, ut mel per eandem exſugant, floribus ſcitè infigunt. Die 20. Maji immotè illis quieſcentibus, ex ſponte rupta in dorſo pelle muſcæ virides eruperunt, alis inſtructæ pellucidis, quales Surinami frequentiſſimæ reperiuntur, volando celerrimæ, ita ut aliquot uni ſolùm capiendæ horas inſumerem. Lyræ ſonum edit muſca ejuſmodi, eminus cantu percipienda, qua de re Lyricen etiam, Belgis *Lierman*, nuncupari ſuevit. Eandem verò, quam præcedens habuerat ſcarabæus, ſervaverat proboſcidem, cum per dorſum pedes, oculi, totumque corpus exiviſſet, relictis exuviis, ſitu & forma priſtinum inſectum mentientibus. Perſuaſum mihi ab Indis eſt, ex hoc muſcæ genere ita dictos Laternarios, Belgis *Lantarendragers*, produci, formatos, ut hic in mare & fœminâ tam volitante, quam quieſcente delineavi. Caput eorum ſeu cucullus in capite noctu laternæ in modum lucet; de die autem plane eſt tranſparens inſtar veſicæ, atque ſtriis è rubicundo viridique colore diſtinguitur. Qualis eſt lucernæ tenebras illuminantis lux, talis nocturno tempore ex hac veſica emittebatur fulgor, ſic prorſus, ut ſcripta expreſſa typis, ac ſunt novellarum in Belgio, ad lumen ejus legere haud foret impoſſibile. Adhuc apud me iſtiuſmodi conſervo muſcam, ſuæ metamorphoſi proximam, quæ omni ex parte, ipſis quoque non mutatis alis, muſcæ retinuit formam, niſi quod in capite accreverit veſica. Dicitur hæc muſca ab Indis mater Laternariorum, perinde ut ſcarabæum prædictum muſcæ nuncupant parentem. Quam inferiùs in flore mali Punicæ cernis hærere muſcam, quomodo ſenſim Lyricen in Laternarium transfiguretur, exhibet. Ut melius diſtingui poſſint, ita vocantur, quamvis poſterior æque ac prior Lyræ ſonum edat, forſan proboſcide mediante, quippe cum hæc communis omnibus ſit & in cunctis transformationibus maneat eadem. Cum aliquando Laternarios magnâ copiâ mihi attuliſſent Indi, ſcatulæ eoſdem majori ligneæ incluſi, illos noctu lucere, adhuc inſcia; verum de nocte inſolito ſtrepitu expergefacta & perterrita, è lecto proſiliens lumen accendere juſſi, quis domi meæ inſuetus eſſet ſtrepitus, ignara. Tum vero, è ſcatulâ ſtridorem profectum, illico nobis patuit; illam itaque cum animi quadam perturbatione aperuimus, ſed adapertam magis adhuc paventes in terram ſubito rurſus dejecimus, quod inter aperiendum inde velut ignea erumperet flamma, toties refulgens, quoties novum evolaret inſectum: quo tandem animadverſo, ad nos redeuntes, iterum congregavimus animalcula, ſplendorem in ipſis plurimum demiratæ.

*L*E *Granadier aſſez connu de tous côtez croit auſſi à Suriname. J'ai trouvé ſur cet arbre une eſpèce d'Eſcarbots naturellement lents & pareſſeux, & par conſequent très faciles à prendre. Ils ont par devant deſſous la tête une longue trompe qu'ils ſavent apliquer ſur les fleurs pour en ſuccer le miel. Le* 20. *de Mai ils ſe tinrent en repos; & leur peau s'étant fenduë ſur le dos il en ſortit des mouches vertes dont les aîles étoient transparentes; on en trouve beaucoup à Suriname qui ſont fort vites en volant, en ſorte que ſouvent il faut les courir long tems avant d'en attraper une. Cette eſpèce de mouches fait un bourdonnement qui reſſemble au ſon d'une viéle & qu'on entend de loin, c'eſt pourquoi les Hollandois lui ont donné le nom de* Lierman *c'eſt-à-dire* Viéleur. *Elles avoient conſervé la trompe qu'elles avoient étant Eſcarbots, leurs pates, leurs yeux, en un mot tout leur corps étant ſorti par le dos, lorſqu'elles quittèrent leurs depouilles, qu'on auroit pris pour le véritable Inſecte qu'elles avoient renfermé. Les Indiens ont voulu me perſuader que de ces mouches provenoient les* Lantarendragers *ou* Portes-Lanterne *qui ſont tels que j'ai ici repreſenté le mâle & la femelle volans & en repos. Leur tête, ou, pour mieux dire, ce long capuchon luit la nuit comme une Lanterne; pendant le jour il eſt tranſparent comme une veſſie, & rayé de rouge & de verd. La lueur qui ſort de cette veſſie pendant la nuit reſſemble à la lumière d'une Lanterne, enſorte qu'il ne ſeroit pas difficile d'y lire un livre d'un caractere ſemblable à celui de la Gazette de Hollande. Je conſerve une de ces mouches qui eſt prête à ſe transformer, elle a conſervé toute la forme d'une mouche, n'ayant pas même changé ſes aîles, mais cette veſſie, dont j'ai parlé, lui a cruë à la tête; les Indiens nomment cette mouche la mere des* Portes-Lanterne *comme ils nomment l'Eſcarbot la mere de ces mouches. La mouche que j'ai deſſinée en bas ſur une fleur de Grenade repreſente un* Viéleur *qui peu-à peu prend la forme d'un* Porte-Lanterne; *on leur donne ces noms pour les diſtinguer, car l'un & l'autre rendent un ſon ſemblable à celui d'une viéle, aparemment avec la trompe qui eſt commune à tous les deux, & qu'ils ne perdent point dans toutes leurs transformations. Quelques Indiens m'ayant aporté un jour un grand nombre de ces* Portes-Lanternes, *je les renfermai dans une grande boëte, ignorant alors qu'ils jettoient cette lumière. La nuit entendant du bruit je ſautai du lit, & je fis aporter une chandelle, je trouvai bien-tôt que le bruit venoit de cette boëte, que j'ouvris avec precipitation; mais éfrayée d'en voir ſortir une flamme, ou pour mieux dire autant de flammes qu'il y avoit d'Inſectes, je la laiſſai d'abord tomber; revenuë de mon étonnement ou plûtôt de ma frayeur je ratrapai tous mes Inſectes, dont j'admirois la vertu ſinguliere.*

Figura IX. ramus ex Malo Punica, *ſeu* Granata, flore ſimplici, *hic* flore duplici *delineata conſpicitur: utraque arbor ſatis apud nos cognita eſt, atque in hortis colitur.*

La branche de Grenadier repreſentée dans la Planche IX. porte des fleurs ſimples; celle-ci les porte doubles, ces deux eſpèces ſont aſſez connues parmi nous; où on les cultive dans les jardins.

EXPLICATION DE LA FIGURE L.

B*Attattes* albicantes, fructus ſunt terreſtres ſponte provenientes, quibus tamen homines non veſcuntur. Florem producunt album elegantem, veluti cernitur in hac figurâ.

Plures ex iſto Erucarum genere, quod in radice repit, apud me collectas ſervavi, ſed corraſis perforatiſque ſcatulis, è carceribus eruperunt, libertatem fugâ quærentes. Die autem 4. Aprilis in horto meo cavitatem quandam in terra fodiendo detexi, quæ nonnullos ejuſmodi vermes continebat, radici *Battattes* adjacentes, & in arctum convolutos: ex his una formam aurei iſtius & pulchri ſcarabæi jam tum penitùs induerat, aliæ ad eandem minùs accedebant, omnes adhuc molles planè atque albicantes erant, ſed aliquot horis poſt obdureſcentes, tam venuſto & aurea viriditate ſplendente colore pedetentim tingebantur.

Die 6. Junii aliud in his radicibus reperi genus vermium, figuræ, qualis in caule repens conſpicitur, pariter tamen in anguſtum ſeſe contrahens, veluti ad apicem plantæ expreſſi. Initio molles & albi, ſi paucas per horas aëri expoſiti linquerentur, cum duritie nigrorem acquirebant, ſenſim permutati in ſcarabæos ejuſmodi, qualem ſupra volantem delineavi.

L*Es* Battattes *blanches ſont une fruit ſauvage qui croit dans la terre & que les hommes ne mangent pas; elles portent une fleur blanche aſſez belle & telle qu'on la voit ici deſſinée.*

J'ai conſervé chez moi pluſieurs Chenilles de l'eſpèce de celle qui rampe ici ſur cette racine, mais ayant rongé la boëte où je les gardois, elles en ſont ſorties cherchant leur liberté par la ſuite. Le 4. d'Avril creuſant dans mon jardin je trouvai un creux où il y avoit près d'une racine de Battattes *quelques-uns de ces vers entortillez ou roulez les uns dans les autres, & dont un avoit deja la forme de ce bel Eſcarbot couleur d'or, les autres n'en aprochoient pas encore, ils étoient mols & blancs, mais quelques heures après ils s'endurcirent & devinrent peu-à-peu d'un beau verd d'or.*

Le 6. de Juin je trouvai dans ces racines une autre ſorte de vers, tels que celui qui rampe ſur la tige & qui peu-à-peu ſe retraicit de la manière que je l'ai repreſenté au haut de la plante. Au commencement ils étoient mols & blancs, mais ayant été quelques heures à l'air, ils devinrent durs & noirs & ſe changèrent inſenſiblement en un Eſcarbot tel que celui qui vole.

Alia quædam Battattes *Icone XLI. exhibita & deſcripta eſt, quam tum merito à variis Auctoribus ad* Convolvuli *genus referri, in eâdem pagina ſubjunxi. Quæ vero hic depingitur ſpecies, inter* Convolvulos *nequit locari, cum florem habeat in multas partes ſectum, & præterea infundibuliformem; flos* Convolvuli *contra ſit campaniformis, margine plerumque extrorſum reflexo. Debet itaque* Battattes *hic propoſita potius ad genus reduci, quod vocaverunt* Quamoclit, *& meo judicio nuncupari,* Quamoclit Americana radice tuberoſa, flore albo, pulcherrimo.

On a repreſenté une autre eſpèce de *Battattes* dans la Planche XLI. & j'ai remarqué à la même page que pluſieurs auteurs les raportoient avec raiſon au genre des *Convolvules*; mais l'eſpèce repreſentée ici ne peut pas être miſe parmi les *Convolvules*, ſa fleur étoit partagée en pluſieurs parties outre qu'elle a la figure d'un entonoir, au lieu que la fleur des *Convolvules* reſſemble à une clochette dont le bord eſt replié en dehors. Ainſi ces *Battattes* doivent être placées dans la claſſe des *Quamoclits*, & à mon avis on peut les nommer *Quamoclit Americana radice tuberoſâ, flore albo, pulcherrimo.*



J. Mulder Sculp.



52

EXPLICATION DE LA FIGURE LI.

HIc ramus eſt proceræ arboris ſylveſtris, cujus flores tenuia & oblonga continent ſtamina, capſulæ ſeminales longiores ſunt & contortæ ſiliquæ, repletæ intus fabis nigris, alba circumdatis viſcoſitate, quæ ob gratam dulcedinem exſugi ſolet. Propter eandem quoque fabæ dulces, Belgis *Zoete-boontjes* nuncupatur, tametſi fabarum uſus ſit ignotus, quas Indi vocant *Wycke-Bockjes*.

Paſcuntur fronde arboris virenti flaveſcentes hæ Erucæ, pedibus nigræ, & aculeis in dorſo nigricantibus armatæ. Plures quam centum collegeram, ſed omnes perierunt; quod folia ex arbore decerpta ſtatim ſiccentur & ſic indureſcant, ut Erucis eſcam dare nequeant. Unica tamen die 16. Junii 1700. tranſmutata eſt in aureliam, qualis in extremitate ſiliquæ jacet, ex quâ ſub finem menſis ejuſdem elegans Papilio productus eſt, cujuſmodi volantem & quieſcentem hic exhibuimus.

CEtte branche eſt d'un arbre ſauvage dont la fleur porte de longs fibres blancs; les Capſules qui portent la ſemence, ſont une coſſe longue & recourbée, qui renferment des fêves noires couvertes d'une gluë blanche que l'on ſuce parce qu'elle eſt d'un goût agréable, c'eſt pourquoi on nomme Fêves-douces, celles qu'elles renferment; on ne connoit pas leur uſage & les Indiens les nomment Wycke-Bockjes.

Des Chenilles blanches dont les pates ſont noires & qui ſont armées de pointes noires ſur le dos, ſe nouriſſent des feuilles de cet arbre; j'en avois amaſſé plus de cent, mais elles ſont toutes mortes, parce que dès qu'on a cueilli ces feuilles elles ſe ſechent & deviennent dures en ſorte que les Chenilles ne peuvent les manger. Une ſeule ſe transforma le 16. *de Juin* 1700. *en* fêve, *telle que je l'ai deſſinée au bout de cette coſſe, & vers la fin du même mois, il en ſortit un beau Papillon tel que je l'ai repreſenté volant & en repos.*

Hæc arbor nuſquam, me conſcio, deſcripta reperitur, neque etiam ad genus aliquod plantæ notum, in tanto eorundem numero, commodè referri poteſt.

Je ne ſache pas que l'on ait jamais deſſiné cet arbre & quoiqu'il y ait divers genres de plante, je ne ſai auquel on pourroit le raporter.

EXPLICATION DE LA FIGURE LII.

M*Alus Aurantia*, Sinenſis noſtratibus dicta, Surinami creſcit altiſſima, ut excelſiſſimam in Europa malum altitudine ſuâ poſſit æquare. Folia virentia ſplendent, flores albicantes & fragrantiſſimi, fructus aurantio flavo tinctus ſapore præditus eſt gratiſſimo.

Erucæ quas hujus arboris folia depaſcere obſervavi, virideſcunt & flavâ per totum corpus inſigniuntur ſtriâ, quolibet ſegmentorum quatuor rotundis veluti coralliis aurantiis diſtincto, quæ pilis exiguis circumſepta ſunt. Die Februarii 18. telæ ſeſe intexuerunt colore ochræ, veluti caulibus infra cernitur interjacens; unde Martii die 11. tam venuſtæ prodierunt phalænæ, ſingulis alis macula vitro, quod Moſcoviticum dicitur, non abſimile notatæ, volatu celeres; quæ tribus diebus poſt decem poſuerunt ovula albicantia. Copioſæ iſthuc loci reperiuntur prædictæ Erucæ, ad extremum adeo pingues & craſſæ, ut planè fiant rotundæ, ter in anno hanc arborem obſidentes. Telam ducunt fortem, quare bonum fore ſericum rata, iſtius aliquam collegi copiam & in Belgium tranſmiſi, ubi eadem optima judicata eſt: ut itaque, ſi quis Erucas iſtas congregandi laborem non detrectaverit, & bonæ notæ bombycem, & maximum hinc lucrum ſibi comparare poſſet.

Hæc arbor eſt Aurantium Olyſſipponenſe, *Ferrarii*, *&* Malus Aurantia Luſitanica, *Horti Reg. Pariſ.*

L'Oranger croit à Suriname auſſi haut que le plus grand pomier en Europe; ſes feuilles, qui ſont vertes, ont un certain éclat, ſes fleurs ſont blanches & d'une odeur très forte, le fruit qui eſt couleur d'orange eſt d'un goût très agreable.

Les Chenilles que j'ai vû ſe nourir des feuilles de cet arbre ſont vertes, & elles ont une raye jaune ſur tout le corps. Sur chaque jointure elles ont comme quatre grains de corail couleur d'orange qui ſont environnez de petits poils très delicats. Le 18. *de Fevrier elles filèrent un* Coccon *couleur d'ocre tel que j'en ai repreſenté un ſur une branche, & elles s'y renfermèrent. Le* 11. *de Mars il en ſortit de beaux Papillons* nocturnes, *dont chaque aîle avoit une tache qui reſſembloit à du Talc, ils vouloient très vite; le* 13. *ils jetterent des œufs blancs. On trouve une grande quantité de ces Chenilles qui deviennent ſi groſſes & ſi graſſes qu'elles en ſont toutes rondes; elles incommodent ces arbres trois fois l'année; le fil dont elles compoſent leur* Coccon *eſt fort, ce qui m'a fait croire que ce pouroit être de la bonne ſoye; j'en ai beaucoup raporté en Hollande où on l'a trouvée telle; de ſorte que ſi quelqu'un prenoit la peine d'amaſſer de ces Chenilles, il auroit de bons vers à ſoye & il en tireroit un grand profit.*

Cet arbre eſt l'*Aurantium Olyſſipponenſe* de Ferrarius, & le *Malus Aurantia Luſitanica*, du Jardin Roïal de Paris.



J. Mulder Sculp.

52



P. Sluyter sculp.

53

EXPLICATION DE LA FIGURE LIII.

CUm aliquando in deſerta & inculta loca eſſem longiùs egreſſa, inter alias etiam reperi arborem altiſſimam, quæ *Meſpilus* ab incolis vocatur. Fructus in medio ſui corpus quoddam albicans continet, formâ cor referens, & nigris coopertum ſeminibus, quo veſcuntur homines pro Meſpilo: proximè ſub illo bina craſſa cernuntur ſanguinei coloris folia, quæ adhuc quinque alia, itidem denſa, ſed colore ſub viridi tincta, ſequuntur, ſpectaculo ſatis jucundo.

Appoſita flaveſcens Eruca hic à me reperta eſt; per totius corporis longitudinem ſtriis roſeis erat ornata, capite fuſca, quatuor nigris aculeis in unoquoque ſegmento armata, pedibus itidem roſeo colore picta. Domum translata brevi in aureliam lignei ſubalbidi coloris transfigurata eſt, veluti inferiùs ramulo arboris impoſita conſpicitur: quatuordecim dies poſt, circa finem menſis Januarii An. 1700. hinc elegantiſſimus iſte erupit Papilio. Politum ille æmulatur argentum, cœruleo longè nitidiſſimo colore veſtitus, virideſcens, purpureus, imo totus quantus formoſiſſimus, ita ut neque calamus deſcribere, neque penicillus imitari valeat ejus venuſtatem; quamlibet alam tres orbiculi flavedine aurantiâ tincti adornant, quos cingunt nigricantes circuli, iterum virideſcenti orâ circumdati: alarum extima colore aurantio flaveſcunt, nigris & albicantibus ſtriis pulchrè inſignita.

UN jour parcourant un lieu déſert, entre pluſieurs arbres, j'en trouvai un fort haut, que les gens du Païs nomment Neſlier. *On trouve au milieu de ſon fruit un corps blanc qui à la forme d'un cœur & qui eſt couvert de ſemences noires, les habitans le mangent en guiſe de Neſles. Il y a au deſſous deux feuilles épaiſſes couleur de ſang; ſous celles-ci on en trouve cinq autres verdâtres, ce qui eſt fort agreable à la vûë.*

Je trouvai ſur cet arbre cette Chenille jaune dont le corps étoit rayé en long, de couleur de roſe. La tête étoit brune, & chaque jointure étoit armée de quatre pointes noires; les pates étoient auſſi couleur de roſe. Je l'eus à peine chez moi, qu'elle ſe transforma en une fêve couleur de bois claire. Telle que je l'ai repreſentée en bas ſur une branche. Quinze jours après c'eſt-à-dire vers la fin de Janvier 1700. il en ſortit un beau Papillon. On eut dit qu'il étoit d'argent bruni, au travers duquel brilloient le verd, le bleu & le pourpre; en un mot il étoit ſi beau que l'on ne peut ni le bien décrire ni le bien peindre. Il y avoit ſur chacune de ſes aîles trois taches rondes d'un jaune orangé bordées d'un cercle noir, ce cercle étoit environné d'un ſecond qui étoit verd; l'extremité des aîles étoit jaune-orangé avec des rayes noires & blanches.

Folia hujus arboris non diſſimilia ſunt illis, quæ habet Meſpilus Americana, alni vel coryli foliis, fructu mucaginoſo albo, *Part. I. Horti Amſtelod. deſcripta: an verò eadem ſit hæc, affirmare non auſim, quia ex deſcriptione nimis brevi id ipſum haud liquet.*

Les feuilles de cet arbre ſont ſemblables à celles du *Meſpilus Americana, alni vel coryli foliis, fructu mucaginoſo albo*, decrit dans la I. Part. de l'*Hort. Amſtelod.*, cependant je n'oſerois dire que ce ſoit le même parce que cela ne paroit point par la deſcription qui eſt trop courte.

EXPLICATION DE LA FIGURE LIV.

HÆc Planta, ab Indis *Ballia* nuncupata, in dumetis ad ripas in locis paludoſis naſcitur quatuor vel quinque pedum altitudine; foliis inſtructa eſt virentibus rigidioribus, ceu ſunt arundinis; florem producit denſum rubicundum, cujus capitula ſunt exiliora.

Eruca folio inferiùs adhærens eodem paſcitur, flava & nigricans, & ſtriis quibuſdam diſtincta. Die 14. Junii in aureliam hepatici coloris mutata, veluti depicta eidem folio injacet, hinc die 21. Junii in exiguam phalænam coloris cineritii & punctis nigricantibus conſperſam, qualem infra folio appoſui, transformata eſt.

Superior flaveſcens Eruca; nigreſcentibus ſtriis & fuſco capite inſignis, ad diem 2. Aprilis foliis hiſce nutrita, exuvias depoſuit, telamque contexuit, ut in ſecundo foliorum cernitur, undè pariter die 14. Aprilis parva erupit phalæna ochræ colore tincta, veluti ſuperiùs in plantâ delineavi.

Circa idem ferè tempus, maſſam aliquam luti figurâ ovatam feneſtræ meæ adjacentem reperi, quam ſimulatque aperuiſſem, quatuor ſeparatas in illa cavitates & in his vermiculos albicantes detexi, cum ſuis exuviis adjacentibus, ſicut in binis infra folium exhibet. Die 3. Maji feræ iſtiuſmodi apes ſeu veſpæ, qualem expreſſi volantem, indè ſunt productæ. Hoc inſectorum genus Surinami quotidiana mihi vexatio erat, quod rebus delineandis intentam, ante oculos obvolitando, & circa caput ſuſurrando, identidem turbarent. Proximè ad latus meum in ciſtellâ pictoriâ ex argillâ, uti prædixi, nidum ſtruebant, tam exactè rotundum, ac ſi rotâ figulari verſatus eſſet, baſi innixum exiguæ, quam itidem operimento ex argillâ cingebant, ut interiora ab omni tuerentur incommodo. Foramen inſuper orbiculare in nido reliquerant ita non minus introitu, quam exitu patente, quâ viâ indies ipſas exiles in domum ſuam transferre Erucas obſervavi, Pabulo tum ipſis, tum ſuis fœtibus ſeu vermiculis, procul dubio ceſſuras, perinde ac faciunt formicæ. Cum verò illud veſparum conſortium mihi tandem evaderet moleſtum, deſtructo earum domicilio omnes diſpuli, atque ſic totum hoc artificium mihi fuit manifeſtum.

Hæc planta mihi videtur eſſe Lachryma Job Americana altiſſima, arundinis folio & facie, *Plumer. à Cl. Tournefortio in Inſtit. Rei Herbar. propoſita.*

LEs *Indiens nomment cette plante* Ballia, *elle croit dans les bois près des lieux marecageux à la hauteur de quatre ou cinq pieds; elle a des feuilles vertes fort dures, comme celles des roſeaux; elle porte une fleur, épaiſſe, rouge dont les chapiteaux ſont fort minces.*

La Chenille qui eſt ſur la feuille d'en bas, s'en nourit, elle eſt jaune & noire avec quelques rayes. Le 14. de Juin elle ſe changea en une fêve couleur de roſe ſèche telle que je l'ai peinte ſur la même feuille. Le 21. de Juin il en ſortit un petit Papillon nocturne *couleur de cendres avec des tâches noires telle que je l'ai repreſentée au bas de cette planche.*

La Chenille jaune qui eſt plus haut, rayée de noir avec une tête brune, ſe nourit de ces mêmes feuilles, juſqu'au 2. d'Avril, qu'elle changea de peau & fila le Coccon *deſſiné ſur la ſeconde feuille; d'où le 14. du même mois ſortit un petit Papillon* nocturne *couleur d'ocre, tel que je l'ai repreſenté au haut de cette plante.*

Vers le même tems je trouvai contre ma fenêtre une maſſe de bouë qui avoit la figure d'un œuf. Je l'ouvris & j'y trouvai quatre compartimens, où étoient des vers blancs aïant leurs dépouilles auprès d'eux; j'en ai deſſiné deux ſur la feuille d'en bas. Le 3. de Mai il en ſortit des guêpes farouches telles que j'en ai répréſentée une; ces Inſectes m'incommodoient beaucoup à Suriname, en me volant devant les yeux & me bourdonnant aux oreilles lorſque je deſſinois. Elles faiſoient leur nid avec de l'argile à côté de moi, dans ma boëte aux couleurs, & auſſi exactement rond que s'il avoit été tourné dans une rouë de Potier. Ce nid étoit ſur une eſpèce de petit piedeſtal & elles l'environnoient d'une couverture d'argile pour empêcher que rien y entrât. Elles avoient laiſſé vers le haut une ouverture ronde, pour y entrer & en ſortir. J'ai remarqué qu'elles y portoient tous les jours de petites Chenilles, dont aperemment elles ſe nouriſſoient & leurs jeunes, comme font les fourmis. Mais comme enfin la compagnie de ces gueſpes m'importunoit, après avoir briſé leur demeure, je les chaſſai toutes; & je trouvai alors toute cette architecture.

Je crois que cette plante eſt la *Lachryma Job Americana altiſſima, arundinis folio & facie*, de Plumier, dont Tournefort parle dans ſes inſtructions ſur la Botanique.


I Mulder Sculp.



55

EXPLICATION DE LA FIGURE LV.

P*Iper Indicum* medii naſcitur viri altitudine, flores gerit albicantes, ſed in medio violaceos, caule ſurgit viridi & duro, folia profert mollia & graminei coloris, fructus initio virens, poſtmodum eleganter rubeſcit. Quatuor fructûs hic appoſui ſpecies, quoniam flores & folia in omnibus eadem ſunt, præterquam quod magnitudine tantùm differant, pro fructûs diverſitate. Acris ille & urentis eſt ſaporis, quamobrem ab Indis pani comedendo affricatur, à Belgis vero conciſus cum carne & piſcibus aſſumi, brodiis etiam nec non aceto indi ſolet, &c.

Exhibuit mihi Piper elegantem iſtam & prægrandem Erucam. Utrumque ejus latus ſtriâ rubicundâ per corporis longitudinem, & integrum dorſum ſtriâ albicante in longum ductâ conſpicuum erat: ſegmentorum poſtremum corniculo roſei coloris, quodlibet illorum autem maculâ flaveſcente cum limbo roſeo diſtinguebatur. Præbuerunt eſcam non ſolum folia, ſed ipſum quoque Piper, Erucæ. Die 22. Januarii in fuſcam aureliam, atque hinc die 16. Februarii in phalænam ejuſmodi coloris cinerei transfigurata eſt, quæ in utroque latere quinque maculas aureâ flavedine inſignes oſtendebat, noctu ſolum circumvolans, de die verò quieſcens.

L*E* Poivre des Indes *croit à la moitié de la hauteur d'un homme, il porte des fleurs blanches, violettes dans le milieu; ſa tige eſt verte & dure, & ſes feuilles tendres & de couleur de verd de prairies; ſon fruit qui eſt au commencement verd, devient enſuite d'un beau rouge; j'ai deſſiné ici quatre diferentes ſortes de ſon fruit, car les feuilles & les fleurs ſont toûjours les mêmes ne diférant qu'en grandeur proportionnément au fruit. Ce fruit eſt chaud & acre, les Indiens en frotent leur pain, les Hollandois le coupent en petit morceaux & le mangent, avec la viande ou le poiſſon, ils le mettent auſſi dans les ſauſſes, & le confiſſent dans le vinaigre.*

Je trouvai ſur cette plante cette belle & grande Chenille. Elle avoit de chaque côté en long une raye rouge, & ſur le dos une autre blanche; la dernière jointure étoit armée d'une corne couleur de roſe. Sur quelques-unes des autres jointures il y avoit une tâche jaune bordée de couleur de roſe. Cette Chenille ſe nouriſſoit non ſeulement des feuilles, mais même du fruit; le 22. de Janvier elle ſe changea en une fêve *brune, d'où il ſortit le 16. de Fevrier un Papillon* nocturne *couleur de cendre, qui avoit de part & d'autre cinq tâches d'un jaune d'or; il ne voloit que la nuit & ſe tenoit en repos le jour.*

Hæc planta eſt Capſicum *Dodonæi & Tournefortii, &* Piper Indicum *Caſp. & Joh. Bauhini, cujus diſcrimen in fructu unicè conſiſtit. Magnus inde fit ſpecierum numerus, quem ſingulorum appoſito nomine in Inſtitutionibus Rei Herb. recenſet Tournefortius, iſtarum plurimis etiam ad vivum delineatis in Horto Eyſtettenſi.*

Cette plante eſt le *Capſicum* de Dodonée, & de Tournefort, & le *Piper Indicum* de Gaſp. & Jean Bauhin, qui ne difere que par le fruit. Il y en a de pluſieurs eſpèces que Tournefort à raporté avec leurs diferens noms dans ſes inſtructions ſur la Botanique, il y en a auſſi pluſieurs deſſinez d'après nature dans l'*Hort. Eyſtettenſis.*

EXPLICATION DE LA FIGURE LVI.

QUos hic exhibui flores, in ſtagnantibus reperi aquis: folia in illis non obſervavi, caulis ulnæ æquabat longitudinem, flores ipſi Croco flore violaceo ſimiles, ſinguli folium habebant cœruleum flava macula diſtinctum, quale eſt Iridis.

Animalcula in his aquis obſervavi, quæ Scorpiones aquatici ab incolis vocantur. Die 10. Maji An. 1701. quoſdam ex illis collegi, unde menſis ejuſdem die 12. hujuſmodi animal productum eſt alatum, ceu ad ſummitatem plantæ volans delineavi.

Plures aquæ innatabant ranæ, binis auribus in capite inſtructæ, ac è viridi fuſcoque colore undulatæ: ſinguli pedum digiti globulo in extremitate muniti erant, ſingulari naturæ artificio, ut ita ſuffultæ non ſolum natare ſed & ſuper aquas paludoſas & limoſas incedere poſſint. Sperma ſuum ad ripas aquarum exponunt, quod ipſum, ſi earundem cupis obſervare mutationem, colligendum & in fictili aquâ repleto ſuper vivum cæſpitem in fundo reponendum eſt. Punctum nigricans eſt nullius formæ ſemen, quod albo glutine circumdatur, in illo vivit, ac ſenſim ſenſimque magis movetur; uſque dum octiduo circiter poſt caudas nanciſcantur, & in aquâ natent tenellæ, ſed informes ranulæ, quales ſupra ad prædictam ranam quinque delineavi. Poſt aliquot dierum elapſum oculis, paulòque ſeriùs poſticis pedibus inſtructæ apparent, binis anterioribus iterum octiduo poſt è cute prorumpentibus; quo facto, cauda putrefacta decidit, & ſic quadrupedes & perfectæ jam ſunt Ranæ, ex aquis in terras non rarò emigrantes. Notandum verò, & aquam & cæſpitem eſſe identidem renovanda; animalcula verò, ſimulac moveri eadem animadvertimus, mica panis in aqua debere nutriri. Cl. Leuwenhoek eaſdem obſervationes narrat in epiſtolâ Ann. 1699. die 15. Septembris ſcripta à pag. 113. ad 126. quas prorſùs cum his meis congruere perſpexi.

J'ai trouvé dans un étang les fleurs que j'ai deſſinées ici, je n'y ai pas trouvé de feuilles, la tige étoit haute d'une aulne, les fleurs reſſembloient aux crocus violets, chaque fleur avoit une feuille bleuë avec une tâche jaune comme dans l'Iris.

J'ai vû dans ces Etangs des Inſectes que les habitans nomment Scorpions-d'eau, j'en ai pris quelques-uns le 10. de Mai 1701., & il en ſortit le 12. un Inſecte volant tel qu'on le voit au haut de cette planche.

Il y avoit dans ces Etangs pluſieurs grenoüilles qui avoient deux oreilles, & qui étoient pommelées de verd & de brun. Elles avoient une petite boule à l'extrémité de chaque doît de leurs pâtes, ce que le nature leur avoit donné pour les aider non ſeulement à nager, mais encore à marcher ſur la bouë. Elles jettoient leur ſemence ſur le bord des Etangs. Lorſqu'on veut en obſerver les transformations, il faut mettre de cette ſemence ſur un gazon au fond d'un pot rempli d'eau; la ſemence n'eſt qu'un petit grain noir envelopé de flegme blanc; ce grain noir informe ſe nourit de ce flegme & aquiert peu-à-peu quelque mouvement; huit jour après il lui vient une queuë, & il nage dans l'eau; j'en ai deſſiné cinq au deſſus de la grenoüille. Quelques jours après il leur vient des yeux, enſuite les pates de derrière, & huit jours après les pates de devant, qui ſortent de leur peau; lorſqu'elles ont leurs quatre pates leur queuë tombe, & reſſemblant parfaitement à une grenoüille, elles ſortent de l'eau & vont ſur terre. Lorſqu'on fait cette experience il faut de tems en tems renouveller l'eau & le gazon, & il faut jetter des miètes de pain dans l'eau, dès qu'on remarque du mouvevement dans la ſemence. On trouve cette obſervation dans une lettre de Leuwenhoek du 15. de Septembre 1699. depuis la page 113. juſqu'à 126., & je l'ai trouvée très conforme à la mienne.


J. Mulder Sculp.



J. Sluyter Sculp.

57

EXPLICATION DE LA FIGURE LVII.

HÆc *Guajava* fructus eſt meliore præditus ſapore, quam Guajava Icone XIX. expreſſa, neque etiam tot intùs lapillis ſeu ſeminibus ſcatet.

Reperi in hac arbore genus aliquod Erucarum, viride, ſex ſtriis albicantibus in utroque latere, rotundâ nigricante maculâ in quolibet ſegmento; atque in poſtremo ex his rubente corniculo inſignitum. Anno 1700. die 20. Maji illarum nonnullæ immotæ jacentes, & per quatuor dies ab omni pabulo abſtinentes, in aurelias transformatæ ſunt, qualem infra cauli appoſitam cernis; unde 14. die Junii prima erupit phalæna, cujus alæ ex cinereo, nigro & albicante colore marmoris inſtar variegatæ erant, corpus autem maculæ aurantiæ decem ornabant, capite prælongâ munito rubeſcente proboſcide, quâ exſugebant flores, velut hic delineavi.

Aliud adhuc maximè piloſum Erucarum genus in eâdem arbore inveni, frondem illius depaſcens. Pili in quibuſdam albicantes erant, in aliis flaveſcentes; cutis ſub illis humanam æmulabatur. Admodum ſunt venenatæ Erucæ, ſic ut manus ipſa, quæ eaſdem tetigit, protinùs inflammetur, cum maximis cruciatibus, velut ipſa hoc obſervavi. Quatuor licet pedibus in medio corporis inſtructæ, ſegmentorum tamen ſingulis innixæ proreptant. Nonnullæ Martio, aliæ ſeriùs Majo menſe telæ ſemet incluſerunt, quam ex propriis contexuerunt dejectis pilis, ceu inter folia pendet; atque hinc decem vel duodecim diebus elapſis nihil aliud, quam viles iſtiuſmodi evolarunt muſcæ; tametſi Erucarum plurimas collegiſſem.

CE *fruit de* Guajave *eſt d'un meilleur gout que celui de la planche XIX. & il ne contient pas un auſſi grand nombre de noyaux ou ſemences.*

J'ai trouvé ſur cet arbre une eſpèce de Chenilles vertes, qui avoient ſix rayes blanches de chaque côté avec une tâche noire & ronde ſur chaque jointure & ſur la derniere une corne rouge. Le 20. de Mai 1700. quelques-unes ſe tinrent en repos ſans prendre de nouriture pendant quatre jours, au bout deſquels elles ſe transformèrent en fêves, *telles que l'on en voit une en bas ſur une branche. Le 14. de Juin il en ſortit un Papillon* nocturne *dont les ailes étoient couleur de cendre, marbrées de noir, & de blanc. Il y avoit ſur le corps dix tâches couleur d'orange; la tête étoit armée d'une longue trompe rouge, dont il ſe ſervoit pour ſucer les fleurs, ainſi que je l'ai repreſenté.*

J'ai trouvé ſur le même arbre une autre eſpèce de Chenilles toutes couvertes de poils, qui ſe nourriſſoient de ſes feuilles. Il y en avoit dont le poil étoit blanc, d'autres jaune: leur peau reſſembloit à celle d'un homme. Ces Chenilles ſont très venimeuſes, en ſorte que dès qu'on les touche la main enfle avec de grandes douleurs, comme je l'ai éprouvé moi-même. Quoiqu'elles ayent quatre pates, elles ſe repoſent, en rampant, ſur leurs jointures. Quelques-unes ſe ſont renfermées au mois de Mars, d'autres plus tard au mois de Mai dans un Coccon *quelles avoient fait de leurs poils arrachez & tel qu'il pend ici entre les feuilles. Dix ou douze jours après il n'en ſortit autre choſe que ces petites vilaines mouches quoique j'euſſe amaſſé pluſieurs de ces Chenilles.*

Hæc arbor eſt Malakka-Pela, *Part III. Horti Malabarici deſcripta & delineata. Tot ferè habet nomina, quot de illa ſcripſerunt Auctores, quæ omnia in Florâ Malabaricâ meâ ſub titulo,* Guajava rubra acida, fructu rotundiore, *collecta reperiuntur.*

Cet arbre eſt la *Malakka-Pela* décrite & deſſinée dans la III. Partie de l'*Hortus Malab.* il a autant de noms qu'il y a d'auteurs qui en ont écrit; on les trouve tous dans ma *Flora Malabarica* ſous le titre *Guajava rubra acida, fructu rotundiore.*

EXPLICATION DE LA FIGURE LVIII.

HIc ramum proceræ arboris delineavi, in ſylvis dumetiſque Americæ naſcentis, capſulâ ſeminali fabas nigricantes continente, unde nomen ſortita eſt arbor, Belgico idiomate *Zoete Boonen-Boom.* Cingit haſce fabas medulla albicans, ſuaviſſimâ dulcedine grata, quæ vermiculos mihi ſeu acaros exhibuit candicantes, ceu in ſiliqua aperta expreſſi, in aurelias fuſci coloris degenerantes, & die 2. Aprilis, decimo poſt in virides ejuſmodi muſcas tranſeuntes, veluti proximè ad acarum una cernitur.

Erucam inferius appendentem, foliis hujus arboris, pariter ac fronde plantæ Tab. XXXII. expreſſæ, nutrivi ad diem uſque Junii 16. Anni 1700. cum in viridem mutata aureliam, hinc poſt elapſos decem dies in Papilionem, qualis ſuprà in ſiliquâ hæret, transfigurata eſt.

Alias adhuc maximâ copiâ in hac arbore Erucas obſervavi, formatas, ceu in caule ſuperiùs repere unam cernis, quæ pilis flavis atque nigricantibus ſetis onuſta, dejectos poſtmodum pilos ſcatulæ, ubi reſervata etat, agglutinabat, telam cineritii coloris ovatam inde contexens, ut in virente conſpicis folio. Huic incluſa nido in aureliam, atque dein, ſpatio trium dierum, in muſcam tranſiit; reliquis hujus generis omnibus ſimili modo intextis ſimilem metamorphoſin ſubeuntibus, muſcis prodeuntibus, quarum alæ fuſco, corpora rubicundo, viridi, aureo, argenteoque colore picta nitebant.

J'*Ai deſſiné ici une branche d'un grand arbre qui croît dans les bois & les forêts de l'Amerique: comme la capſule qui renferme la ſemence contient des* fêves *noires, on en a donné à cet arbre, en Hollandois, le nom de* Zoete Boonen-Boom, *c'eſt-à-dire l'*Arbre aux Fêves douces. *Ces fêves ſont envelopées d'une moële blanche qui eſt d'une douceur très-agreable, j'en ai tiré des petits vers blancs ou plûtôt des mites telles que je les ai repreſentées ſur une fêve fenduë, elles ſe changèrent en* fêves *brunes, dix jours après, c'eſt-à-dire le* 2. *d'Avril, il en ſortit des mouches vertes telles qu'on les voit près de la mite.*

J'ai nouri juſqu'au 16. *de Juin* 1700. *des feuilles de cet arbre & de celui de la planche XXXII. la Chenille ſuſpenduë en bas à une feuille, elle ſe changea alors en une* fêve *verte, & dix jours après en un Papillon tel qu'on voit ſur la coſſe.*

J'ai trouvé encore ſur cet arbre un grand nombre d'autres Chenilles telles que celle qui eſt au haut de la branche. Elle avoit des poils jaunes & des crains noirs. Elle quita ſes poils, & s'atacha à la boëte dans laquelle je la conſervois, où elle fila un Coccon *couleur de cendres & de la figure d'un œuf, comme je l'ai deſſiné ici ſur une feuille verte: renfermée dans ce nid, elle s'y transforma d'abord en une* fêve, *& trois jours après en une mouche. Toutes les autres de la même eſpèce s'étant renfermées de même & ayant ſubi les mêmes changemens, devinrent des mouches dont les aîles étoient brunes & le corps tâcheté de rouge, de verd, d'or & d'argent.*


P Sluyter Sculp.


Sluyter Sculp

EXPLICATION DE LA FIGURE LIX.

CReſcit in aquis Surinamenſibus ſpecies quædam *Naſturtii*, foliis craſſioribus, glabris & ſucculentis, caule cum flavedine viridi, flore pallidè rubicundo; quæ pro ſpinachiâ & acetariis inſervit.

Cum in eo jam res ſit, ut meo de Inſectis Operi coronidem imponere decreverim, non incongruum erit, huic Naſturtio aquatico adhuc animal aquaticum, *Bufonem* ſcilicet, apponere. Fœmina ex animalibus ejus generis in dorſo gerit fœtus ſuos, quippe uterus ad longitudinem dorſi poſitus ſemina concipit, fovet & nutrit, uſque dum maturitatem vitamque nacti ſint fœtus, quando ipſi per cutem ſibi pariunt viam, unus poſt alium ſenſim velut ex ovo erumpentes. Ego verò eâ re perſpectâ, matrem conſervavi in Spiritu Vini cum reliquis fœtibus, quorum nonnulli capite ſolum, alii parte corporis dimidiâ jam emerſerant. Comeduntur iſthuc loci à mancipiis Bufones illi, neque cibus iisdem creditur eſſe contemnendus. Coloris ſunt è nigro fuſci, pedibus anterioribus Ranam, poſterioribus Anatem æmulantes.

Conchylia quoque ubi ſervos è fundo maris expiſcari juſſiſſem, quænam includerent animalcula, inveſtigatura, plura eorundem collegi, animalculis adhuc vivis inhabitata; horumque nonnullis vi extractis, illa parte anticâ ſpecies cancrorum, poſticâ eſſe limaces conchæ implicitos, obſervavi. Interdiu quieſcebant, noctu verò pedibus ſurdè in domiciliis ſuis obſtrepebant, admodum inquieta.

IL croît dans les eaux de Suriname une eſpèce de Creſſon, *dont les feuilles ſont épaiſſes, unies, & pleines de ſuc: la tige en eſt d'un jaune verdâtre, & la feuille d'un rouge pâle; il tient lieu d'épinars, on le mange auſſi en ſalade.*

*Avant de mettre fin à ce Traité des Inſectes, je ne ferai point mal de mettre auprès de ce Creſſon un animal aquatique qui eſt une eſpèce de Crapau, dont la femelle porte ſes petits ſur ſon dos; car elle a l'*Uterus *le long du dos, & c'eſt là où elle conçoit & où elle nourit ſes embrions, juſqu'à ce qu'ils aient reçu la vie, alors ils s'ouvrent un paſſage à travers de ſa peau, & ils en ſortent comme d'un œuf, les uns après les autres. Lorſque je remarquai cela, je jettai la mère dans de l'eſprit de vin avec ſes petits dont les uns avoient déja ſorti la tête, les autres la moitié du Corps. Les Noirs mangent ces Crapaux & les trouvent delicats; ils ſont d'un brun noirâtre, leurs pates de devant reſſemblent à celles des Grenouilles, & celles de derrière à celles des Canards.*

J'ai auſſi fait pêcher des Coquilles dans la Mer, pour voir quels poiſſons elles renfermoient; j'ai trouvé dans pluſieurs de petits animaux vivans, & les ayant tirez de force, j'ai remarqué que par devant c'étoit une eſpèce d'Ecrevices; & par derrière, qu'ils reſſembloient aux limaçons enfermez dans la coquille. Le jour, ils reſtoient en repos, mais la nuit étant fort inquiets, ils faiſoient du bruit dans leur maiſon avec leurs pâtes.

EXPLICATION DE LA FIGURE LX.

ANni 1701. menſe Januario in agro Surinamenſi vepretum ingreſſa, numquid detegere poſſem, hinc indè perſcrutatura, florem iſtum pulchrè rubentem in arbore quâdam reperi, cujus nomen & natura illius regionis incolis ignota erant.

Erucam quoque tum temporis inveni prægrandem, rubicundam, tribus veluti coralliis cœruleis in ſingulo ſegmentorum, & in quolibet corallio plumâ nigricante inſignem. Fronde hujus arboris eandem alere mihi propoſueram, telæ autem ſtatim ſeſe intexuit, in raram hujuſmodi aureliam degenerata, adeo ut, an veram ei præbuerim eſcam nec ne, incertam me lateat. Die Januarii 14. tam formoſus indè productus eſt Papilio, alarum poſticis intùs nitidè cœruleis, anticis cum albicante ſtria cœruleo mixtâ fuſcis, veluti expreſſum hic in volante dedi: alas autem exteriores ornant arcus rotundi tres, nigricante, flavo & fuſco colore tincti ac pulchrè flammei, ceu in quieſcente delineavi. In Belgio *de Groote Atlas*, hoc eſt magnus Atlas, nuncupari ſolet.

Ferum aliquod genus veſparum, quas incolæ *Maribonſe* vocant, ubique Surinami, tum in ædibus, tum in agris, frequens eſt. Coloris ſunt fuſci, neque homines ſolum ſed & bruta cuncta, quæ ipſas propinquitate moleſtâ in opere ſuo turbant, aggrediuntur & pungendo aculeis ſauciant. Nidos perinde ac in Europa variæ elegantis ſtructuræ conficiunt, ſpectatu dignos, & de mirâ earum ſolertiâ teſtantes, quam concinnè eadem ſibi adverſus pluviæ ventique injurias conſtruant domicilia, tantùm, ut ſemina fœtuſque conſervata reponantur. Semen hoc ipſarum primùm vermem producit album, qualis infra juxta Erucam poſitus eſt, qui pedetentim in feras iſtiuſmodi apes, peſtem illius regionis, transformatur.

AU mois de Janvier 1701., *étant allé dans un bois près de Suriname pour faire quelque nouvelle decouverte, je trouvai cette belle fleur rouge à un arbre, dont les gens du du Païs ne purent me dire ni le nom ni les vertus.*

Je trouvai alors une grande Chenille rouge; elle avoit ſur chaque jointure trois grains comme de corail bleu, & de chaque grain ſortoit une plume noire; j'avois reſolu de la nourir des feuilles de cet arbre, mais elle s'enferma d'abord dans ſon Coccon, *& ſe transforma en une* fêve *tout à fait rare, en ſorte que je ne pus ſavoir ſi je lui avois donné une nouriture convenable. Le* 14. *de Janvier il en ſortit un Papillon admirable; le derrière des aîles en deſſous étoit d'un beau bleu, & le devant rayé de blanc & de bleu melé de brun, comme on peut voir dans celui qui vole; l'exterieur des aîles avoit trois cercles noirs, jaunes, & bruns, & du reſte admirablement émaillé, ainſi que j'ai deſſiné celui qui eſt en repos. Les Hollandois nomment ce Papillon* le Grand-Atlas.

On trouve par tout à Suriname dans la Campagne & dans les maiſons une eſpèce de gueſpes incommodes que les habitans nomment Maribonſes; *elles ſont brunes, & elles attaquent, piquent & bleſſent les hommes & les animaux, qui les troublent dans leur travail, car elles font, comme en Europe, de petits nids admirables à la vûë, qui ſont une preuve de leur adreſſe; elles font ces petites niches avec tant d'adreſſe pour ſe mettre à couvert & leurs jeunes, de la pluïe & du vent; il ſort de leur ſemence un vers blanc, tel que j'en ai deſſiné un auprès de la Chenille, qui peu-à-peu ſe transforme en cette abeille feroce, la peſte de ce Païs-là.*



J. Mulder Sculp.

60



EXPLICATION DE LA FIGURE LXI.

PLantam hanc, quæ *Guaiava Alba dulcis* vocatur, pag. 19. accuratè deſcriptam, & ſimul cum ejus fructu Tab. XIX. delineatam reperies.

Eruca verò, quæ hujus frondes depaſcit, die 24. Februarii in Aureliam transformata eſt, undè 2. die Martii Phalæna erupit, cujus album corpus maculæ è flavo fuſcæ ornabant. Erucæ caput & dorſum nigrum paulatim declinat ad album colorem, deindè pulcherrimè flaveſcit, ac in poſteriori corporis parte nigerrimos ſpinoſoſque pilos, uti in anteriori, & ſub ventrem pulcherrimos flavos gerit; Aurelia perfuſca eſt, & nigris pilis, ſicuti calvum ejus caput rubro alboque circulo, ornatur.

Magna verò illa Eruca, quæ in eâdem arbore reperiebatur, ſubnigra eſt, dorſum de capite uſque ad caudam nigrâ ſtriâ, ceteraque pars corporis nigris circulis, inſignita ſunt, at ventrem verſùs albi punctuli, uti in capite & caudâ purpureus color conſpicitur. Hujus generis Erucarum adeò frequens copia eſt, ut ipſa plus quàm quinquaginta poſſedi. Hæcce autem 30. die Auguſti in Aureliam cineream, perfuſcis ſtriis ac maculis decoratam, mutata eſt, undè 16. die Septembris magna hæc Phalæna erupit, cujus corpus ſtria candida, quatuor maculis nigris adumbrata, adornat, quam juxta utrinque quatuor lineæ obliquæ nigræ, ac ſimiles quatuor ſtriæ ſive maculæ albæ viſuntur. Maculis ſubobſcuris albiſque alæ ſuperiores variegatæ, at inferiores ſupernè crocei, ſubtùs ſubobſcuri coloris ſunt.

ON trouve à la Planche XIX. la figure de cette plante & de ſon fruit, & ſa deſcription pag. 19. *On le nomme* Guaiava Alba dulcis.

La Chenille qui ſe nourit de ſes feuilles ſe changea en fève *le* 24. *de Fevrier, & le* 2. *de Mars il en ſortit un Papillon* nocturne, *dont le corps étoit blanc tâcheté de brun jaunatre. La tête de la Chenille & ſon dos, qui étoient noirs, ſe changèrent peu-à-peu en blanc, devenant enſuite d'un beau jaune, le devant & le derrière ſont couverts de poils très noirs, & ceux qui ſont ſous le ventre ſont jaunes. La* fève *eſt fort brune, couverte de poils noirs; la tête qui eſt chauve eſt ornée d'un cercle rouge & blanc.*

La grande Chenille que l'on voit ſur le même arbre eſt d'un brun obſcur, une raye noire va depuis la tête juſqu'à la queuë, le reſte du corps n'eſt que de cercles noirs; vers le ventre on trouve de petites tâches blanches, la tête & la queuë ſont couleur de pourpre. Il y a un ſi grand nombre de ces Chenilles que j'en avois plus de cinquante. Le 30. *d'Août elle ſe transforma en une* fève *griſe couverte de rayes & de tâches d'un brun obſcur. Le* 16. *de Septembre il en ſortit ce grand Papillon* nocturne, *qui avoit ſur le corps une raye blanche où il y avoit quatre tâches noires, de part & d'autre, outre quatre lignes noires obliques & quatre blanches toutes ſemblables; les ailes de deſſus étoient tâchetées de brun & de blanc; celles de deſſous étoient jaunes en haut, & en bas d'un brun obſcur.*

EXPLICATION DE LA FIGURE LXII.

FRuctus hic Ramus eſt arboris, *Papay* dictæ, unà cum ejus floribus, pulcherrimè albicantibus & interiùs aureis, cujus deſcriptionem pag. 40. antec. Lector videat. In dictâ arbore reperta eſt ſuperior Eruca, viridis luteique coloris, in primo poſt caput ſegmento puniceum ocellulum & orbicularem maculam albam oſtendens, cujus à latere duæ aliæ maculæ ſubrotundæ, cuſpidatim prædictum ocellulum circumcurrentes, viſuntur. Celerrimè hæcce Eruca curſitat, magnâque ſe vi defendit & pugnat. Die 16. Maji in fuſcam & valdè incandeſcentem aureliam, nigris maculis circumdatam, transformata eſt, undè ſeq. die 19. Junii hæcce Phalena, quæ Belgico idiomate *Brummer Uyl* dicitur, erupit, multifarii coloris maculis & ſtriis ornata & variegata.

Prægrandis verò inferior Eruca in eâdem arbore reperiebatur, & ex fuſco deorſùm, at ventrem verſùs ex albo colore eſt, & marmoris inſtar variegata & in utroque latere ſex recurvis uncinulis albicantibus ornata eſt, caput autem nigrum clypeum, duabus crucibus, adamantis inſtar fulgentibus, oſtendit. Die 12. Maji in aurei coloris Aureliam transformata eſt, undè 12. die Junii hæcce Phalæna, quam *Brummer Uyl* apellamus, erupit, binis oculis majuſculis, valdè extuberantibus, in dorſo ſtriâ albâ nigriſque lineis tranſverſis, & in utroque latere albis nigriſque maculis ornata eſt, ſuperioribus alis ex ſubobſcuro, fulvo, nigro; alboque colore marmoratis, inferioribus verò ſurſùm ex aureo, deorſùm ex ſubobſcuro colore, in fulvam & denticulatam marginem finit, & evaneſcit.

C'Eſt ici une branche de l'arbre nommé Papay, *avec ſes fleurs d'un beau blanc & couleur d'or en dedans, dont la deſcription eſt à la page* 40. *J'ai trouvé ſur cet arbre la Chenille qui eſt en haut. Elle étoit verte & jaune, elle avoit ſur la jointure qui ſuivoit la tête une eſpèce d'œil brun-rouge avec une tâche ronde & blanche, à côté de laquelle il y avoit deux autres tâches rondes, qui alloient en pointe autour de cet œil; cette Chenille rampe fort vite, & elle ſe défend avec beaucoup de force. Le* 16. *de Mai, elle ſe transforma en une* fêve *d'un brun ardent, environnée de tâches noires; il en ſortit le* 19. *de Juin ce Papillon* nocturne *tâcheté & rayé de pluſieurs couleurs, que les Hollandois nomment* Brummer-Uyl.

La Chenille qui eſt en bas, a été trouvée ſur le même arbre; elle étoit fort grande, marbrée de brun ſur le corps, & blanche vers le ventre; de côté & d'autre elle avoit ſix crochets blancs, & ſur la tête un bouclier noir avec deux croix blanches qui brilloient comme un diamant. Le 12. *de Mai elle ſe transforma en une* fêve *couleur d'or, d'où ſortit le* 12. *de Juin un Papillon* nocturne, *que les Hollandois nomment* Brummer-Uyl. *Il avoit deux gros yeux, qui ſortoient au dehors, & ſur le dos une raye blanche entrecoupée de lignes noires, & de côté & d'autre des tâches blanches & noires. Les aîles de deſſus étoient marbrées de brun, de jaune, de noir & de blanc, celles de deſſous étoient couleur d'or vers le haut, & brunes vers le bas, les extremitez étoient dentelées de jaune clair.*



62



EXPLICATION DE LA FIGURE LXIII.

MAgna hæcce Eruca prima in arbore, belgicè *de Cacauboom* dictâ, reperta eſt, utpote quæ illam depaſcit, eaque luteo-viridis coloris eſt. Spinoſi autem pili, qui ſubtùs virides, deorſùm lutei ſunt, totum corpus muniunt. Die 21. Junii telam contexuit, & in fuſcam aureliam mutata eſt, undè ſeq. die 16. Septembris magna illa Phalæna erupit coloris roſei, cujus alas inferiores magnæ duæ maculæ albæ, quas nigerrima & lata margo circumcurrit, ornant, cujus in medio anguloſa & parva & magna macula nigra conſpiciuntur. Admodum venenata hæcce Eruca eſt, cum attingentes digitos meos priores vulneravit, ita ut ſtatim purpurarent flaveſcerentque cum maximis cruciatibus manus meæ uſque in cubitum, ad quos tollendum ſtatim oleo Scorpionio utebar, quod intra horæ dimidium omne cruciamentum tollebat. Poſt hæc per microſcopium ſpeculabar, eamque plenam ſpinulis punctiſque comperiebam, qui ſubtùs virides & craſſi, ſupernè verò nigri & tenues erant, & abrupti in cute mihi hærebant, & veneficii hujus auctores exſtabant, ſemper autem oleum Scorpionium contra talem læſionem Erucarum aliorumque animalculorum optima Medicina comperta eſt.

Altera iſta Eruca nullam ſpinam habet & penè depilis eſt, at varii coloris, & nigris circulis & lineis ornatur totum corpus ejus album ex glauco, ubique rubris punctulis conſitum. In gramine, quod depaſcit, reperta, atque 7. die Januarii in cineream aureliam transformata eſt, undè ſeq. 25. die ejuſdem menſis pulcherrima prorupit muſca, coloris cineritii & albi ex glauco, argentoſis maculis ornata, cujus alæ inferiores caudas alaſque gerunt.

Hæc arbor Cacari Cacavifera, *ſive* Cacava Quabuitl *ab Hernande in hiſtoriâ Mexicanâ vocatur.* Amigdalis ſimilis Guatimalenſis *à C. Bauhino.* Cacao Americæ *ſive* Avellana Mexicana *à J. Bauhino.* Chocolata *à Piſone in Mantiſſâ Aromaticâ.*

CEtte grande Chenille a été trouvée ſur l'arbre qui porte le Cacao, dont elle ſe nourit, elle étoit d'un verd jaunatre. Tout ſon corps étoit couvert de poils aigus, verds vers la racine & jaunes vers la pointe. Le 21. de Juin elle fila ſon Coccon, *& ſe transforma en une* fêve *brune, & le 16. de Septembre il en ſortit ce grand Papillon* nocturne *couleur de roſe, dont les aîles de deſſous avoient deux grandes tâches blanches bordées de noir & au milieu deſquelles il y a trois tâches auſſi noires, l'une grande l'autre plus petite & triangulaire; cette eſpèce de Chenille eſt très venimeuſe. Elle me bleſſa aux doigts dont je la touchai & auſſi-tôt ils devinrent pourprez & livides, & me cauſèrent une grande douleur qui ſe communiqua à la main & juſqu'au coude; j'eus d'abord recours, au remede ordinaire de l'huile de Scorpion & en moins d'une demie-heure je fus guerie. L'ayant examinée avec le Microſcope, je remarquai qu'elle étoit couverte de pointes & d'épines vertes & épaiſſes par en bas, & en haut noires & fines, & que c'étoient ces pointes noires rompues qui m'étant reſtées dans la chair, avoient cauſé cet empoiſonnement. On a trouvé que l'huile de Scorpion étoit toûjours un remede certain contre ces piqueures de Chenilles & d'autres Inſectes.*

L'autre Chenille qui eſt en bas n'eſt point couverte de pointes & elle eſt preſque ſans poils, elle eſt de diverſes couleurs, & l'on voit ſur tout ſon corps des lignes & des cercles noirs. Je l'ai trouvé ſur l'herbe qu'elle paturoit, & le 7. de Janvier elle ſe transforma en une fêve *griſe d'où le 25. du même mois ſortit une très belle mouche griſe & d'un beau verd de Mer avec des tâches d'argent, il y avoit des queues & des aîles à ſes aîles de deſſous.*

Hernandes dans ſon Hiſtoire du Mexique nomme cet arbre *Cacari, Cacavifera,* ou *Cacava Quabuitl*; C. Bauhin le nomme *Amigdalis ſimilis Guatimalenſis*; J. Bauhin en parle ſous le nom de *Cacao Americæ* ou *Avellana Mexicana*; Piſon dans ſa *Mantiſſa Aromatica* l'apelle *Chocolata.*

EXPLICATION DE LA FIGURE LXIV.

PAg. 40. & 62. folium atque florem arboris *Papajæ* æri inciſa vidimus. Iterùmque hâcce tabulâ exhibetur arbor ſimul cum ejus fructu & quidem in maximo vigore, qui, adhuc immaturus, albus eſt, & quò magis matureſcit, eò flaviorem, tandemque aureum colorem exhibet, & ſuavis atque grati ſaporis eſt. Intùs parva ſemina nigra condit adinſtar Grani piperis; quæ ſemimatura, inter carnes coquuntur & foventur, uti cinararum ſellæ. Cum verò ſemine & cortice ſolutus eſt fructus in longis gracilibuſque partibus diſſecatus, ad ſicca humidaque condimenta paranda, quæ valdè ſapida ſunt, uſurpatur. In hocce fructu quoque ſupradepicta Eruca reperta eſt, optimè ex flavo & ſubviridi colore variegata, quæ 2. die Martii telam contexuit & in cineritiam Aureliam mutata eſt, undè ſeq. 20. die Martii magna illa Phalæna, quæ belgicè *Brummer Uyl* vocatur, erupit, conſimilis omni modo Phalænæ, quæ belgico idiomate nominatur *de groote Onruſt* ſive *'t Camperfoelibeeſt.*

Inferior fuſca praſina Eruca in utroque latere ſtriâ, ex flavo rubroque colore intermixtâ, de capite ad caudam ornata, in capite ſemi-rotundum clypeum gerit, adinſtar Adamantis coruſcans, & Arborem, vulgò *de Papayboom*, inhabitat; die 14. Novembris in fuſcam Aureliam transformata eſt, in capite roſtrum, quod ſe pectus verſùs incurvat, gerens, undè ſequenti die 28. Novembris magna hæc Phalæna, quam noſtrates *de Brummer Uyl* vocant, erupit, colore lucido pullo & albo acuminatim variegata, cujus corpus ſtriis roſeis ac nigris & dorſum unâ tantum cineritiâ ſtriâ, nigris maculis protextâ ornabantur.

ON trouve dans les planches XL. & LXII. la feuille & la fleur de l'arbre nommée Papay; *nous l'avons deſſiné ici avec ſon fruit dans ſa vigueur; avant d'être mûr, il eſt blanc, & à proportion qu'il meurit, il jaunit, enfin il devient couleur d'or; le goût en eſt doux & agréable. Il renferme de petits grains ſemblables à la graine de poivre; lorſqu'ils ne ſont qu'à demi meurs, on les cuit avec la Viande, comme les culs d'artichaux. Quand la graine & l'écorſe ſont ôtées, on coupe ce fruit en tranches longues & minces & l'on en fait des confitures ſeches ou humides, qui ont un très bon goût. J'ai trouvé la Chenille qui eſt en haut, ſur cet arbre, elle étoit marbrée de jaune & de verd. Elle fila ſon* Coccon *le 2. de Mars, & ſe transforma en une* fêve *brune; le 20. du même mois ce beau Papillon* Nocturne Bruyant *en ſortit; il reſſembloit parfaitement au Papillon que les Hollandois nomment* le groote Onruſt *ou le* Papillon Chevrefeuille.

La Chenille qui eſt en bas eſt couleur de ſinople, & raïée depuis la tête juſqu'à la queuë de jaune & de rouge, elle a ſur la tête un bouclier qui fait un demi-cercle & qui brille comme un diamant. Elle ſe tient ſur le Papay. *Le 14. de Novembre elle ſe transforma en une* fêve *brune, qui avoit une trompe à la tête qui étoit recourbée ſur ſa poitrine, le 28. du même mois il en ſortit un Papillon* Nocturne Bruyant *qui étoit marbré de gris-de-fer & de blanc. Le corps étoit rayé de côté & d'autre de rouge clair & de noir, ſur le dos il y avoit une raye griſe tâchetée de noir.*





65.

EXPLICATION DE LA FIGURE LXV.

ERuca illa, quæ pulcherrimè flaveſcit, & ventrem verſùs rubicunda eſt, magnam ac flammatam in caudâ tignam gerit. Citrum inhabitat, ejuſque frondes depaſcit, at rarò occurrit. Telam die 25. Februarii contexuit, & in Aureliam transformata eſt, cujus filum ſpecies rici erat, quod aliorum Bombycum telas & multitudine & fulgore antecellit. Dolendum eſt, tam paucas hujus generis Erucas inveniri, cum certa ſim ex his majus emolumentum acquirendum eſſe, ſi modo tam facilè, quam aliæ, educari poſſent; quod tamen, ni fallor, nullus unquam aggreſſus eſt. Inde ſeq. die 25. Martii hæcce Phalæna prorupit, quæ permagna & aurei ac rubicundi coloris eſt, ac ſtriis albis, tam in ſuperioribus, quam inferioribus alis ornata, in quarum unâquâque, adinſtar vitri fulgens macula, perlucida & duobus circulis, interiore ſcilicet albo, extimo autem nigro, circumſepta, apparet, ita ut hæcce macula haud ſecùs, quam ſpeculum, pluteo circumducta, conſpiciatur, quamobrem hæcce Eruca ab fautoribus ſpeculi portator, ſive belgico idiomate *de Spiegeldrager* appellatur.

CEtte belle Chenille jaune eſt rouge vers le ventre, & ſur la queuë elle a une double raye qui forme une flame. Elle ſe tient ſur les Citroniers dont elle mange les feuilles, on en trouve très rarement. Le 25. de Fevrier elle fila ſon Coccon *& ſe transforma en* fêve. *Son fil eſt une eſpèce de ſoye, qui eſt plus brillante & en plus d'abondance que celle des autres vers à ſoye; il eſt facheux que l'on trouve ſi peu de ces Chenilles, puiſque je ſuis perſuadée qu'on en pouroit tirer plus de profit que des vers à ſoye, ſi on pouvoit les nourir auſſi facilement; ce que neanmoins je ne crois pas que perſonne ait entrepris. Le 25. de Mars le Papillon* nocturne, *que l'on voit dans cette planche, en ſortit. Il eſt fort grand, couleur d'or & rouge, avec des rayes blanches tant ſur les aîles de deſſus que ſur celles de deſſous, ſur chacune deſquelles il y a une tâche claire & tranſparente comme le verre, environnée de deux cercles l'un blanc qui eſt en dedans & l'autre noir qui eſt en dehors; de manière que cette tâche reſſemble beaucoup à un miroir avec ſon cadre, c'eſt pourquoi les curieux nomment ce Papillon* Porte-Miroir, *& en Hollandois* Spiegeldrager.

EXPLICATION DE LA FIGURE LXVI.

PLurimi, tam Indiæ Orientalis, quam occidentalis operis rarioris amatores ſibi imaginantur, & affirmant, imò vidiſſe ipſos dicunt animalculum, quod belgico idiomate *het wandelende Blad* vocatur, in ipſis arboribus proveniſſe, undè maturatum delabitur, ac deinde ſe in pedes dat, ſive avolat; ſed reverâ magnus error eſt, ex merâ ignorantiâ profectus, cum animalculo originem nunquam perſcrutati ſint, & hoc æque, ac alia animalcula, ex ovis producatur. Ex ovis autem omnes ante nominatæ Phalænæ oriuntur, quæ poſt naturales conjunctiones eo loco deponuntur, quo indè producenda animalcula illicò alimentum ſuum capere queunt, & primo vermiculi, ſive Erucæ ſunt, quæ manducantes creſcunt & augeſcunt, atque jam in juſtam ſtaturam excretæ, telam contexunt, & in aurelias transformantur quarum hæ longiori, illæ breviori tempore ad perfectum vigorem conſequendum egent, quæ tandem inde prorumpunt ac proveniunt omnes humidæ, & maximè contortæ, at interdum illarum alæ intra minus, quam ſemi-horæ ſpatium, poſtquam paululum agitarunt & commoverunt ſeſe, exareſcunt, atque extenduntur, ita ut omni modo perfectæ Phalenæ hinc conſpiciantur, quæ, ita mutatæ, decies & amplius majores ſunt, quam ipſæ Aureliæ, in quibus jam pridem recludebantur.

Hocce Animalculum, belgicè dictum *het wandelende Blad*, utpote Locuſtarum genus, eodem modo naſcitur: quæ autem de illo experta ſum, enarrabo. Neger meus; cui ſemper injungebam ubivis in ſylvis vermes, Erucas, aliaque animalcula indagare, coarctatum mihi folium apportavit, quod ſubtiliter recluſum aliquot mihi praſina ova conſpicienda dabat, ad coriandri magnitudinem, unde poſt paucorum dierum intervallum parva animalcula nigra naſcebantur adinſtar parvarum formicarum. Quæ ſubindè accreſcebant & eandem formam, quæ priora, & hic effigiata, aſſequebantur, donec plenâ magnitudine & alis potita eſſent, uti figura 2. demonſtrat. In Aurelias verò non mutantur, ſicut Phalænæ, ſed juſtam menſuram conſequuntur augmento membrorum, veluti hoc genus animalculorum perpetuò ſolet. Horum alæ viridi folio ſimiles ſunt, ſimilibuſque fibris muniuntur. Varia genera reperiuntur; nonnulla enim viridis hilaris, nonnulla viridis fuſci & alia rurſùs varii ac cinerei coloris ſunt: non rarò etiam nobis occurrunt, quorum alæ aridis foliis conſimiles videntur. Inter illa, quæ in Indiâ Orientali proveniunt, unum datur, cujus alæ ſuperiores, tam coloris quam formæ ergo, ſimillimæ foliis Citri ſunt. Hæcce Animalcula in nidulis ſuis, arbori impoſitis, juſtam formam aſſecuta, uti figura prima demonſtrat, aliquantulùm ſe telæ integunt & magnopere commovent, donec alæ omnimodè liberæ atque expanſæ ſunt, undè magis evaleſcunt, contextam telam frangunt & de arboribus cadunt, ſive avolant. Cum verò horum alæ virides ſint, & folii formam oſtendant, inexpertes crediderunt ipſa animalcula in arboribus proveniſſe.

Ne locus hujus Tabulæ vacaret, ſubtùs hic genus Glyris ſylveſtris depictum eſt, qui catulos, quorum vulgò quinque vel ſex unâ fœturâ enititur, in dorſo ſecum portat: ex flavo fuſci coloris, at ſubucula ejus alba eſt. Cum antra exeunt alimenti cauſâ, à catulis circumcurruntur, qui jam ſaturi, vel moleſtias ſuſpicantes, illicò matris dorſum aſcendunt, & caudas ſuas parentum caudis involvunt, qui illos ſtatim in antra apportant.

Hujus autem generis Glyrium varii reperiuntur, at præcipuus verè eſt, qui belgico Idiomate *de Zak of Beurs-rot* appellatur, quorum femellæ ſemper catulos ſecum in ventre gerunt, qui pabulandi ergo prodeunt, &, alimento ſumpto, rurſus matris ventrem irrepere ſolent.

PLuſieurs curieux qui ont examiné les raretez des Indes Orientales & Occidentales ſe ſont imaginez & ont affirmé qu'ils ont vû un animal, que les Hollandois nomment la Feuille ambulante, *lequel ſelon eux croît à un arbre, d'où il tombe lorſqu'il eſt meur & commence d'abord à marcher ou à voler. C'eſt une erreur qui a ſa cauſe dans l'ignorance, parce que ces gens-là n'ont jamais examiné l'origine de cet Inſecte, qui provient d'un œuf comme les autres; car tous les Papillons, dont nous avons parlé ci-devant, ſortent des œufs que la femelle jette après les copulations naturelles, dans des endroits, où l'Inſecte qui en doit naître, trouve ſa nouriture. D'abord ce ſont des vers ou des Chenilles, qui croiſſent en paturant, & lorſqu'elles ont la grandeur qui leur eſt propre, elles filent & ſe transforment en* fêves, *dont les unes ont beſoin de plus de tems, les autres de moins pour acquerir la vigueur qui leur eſt neceſſaire. L'Inſecte qui ſort de ces* fêves, *eſt humide & retortillé, & ce n'eſt qu'après qu'il s'eſt agité pendant plus d'une demi-heure, que ſes aîles s'étant ſechées commencent à s'étendre & à laiſſer voir un Papillon parfait, qui après ces metamorphoſes eſt ſouvent dix fois plus grand que la* fêve *dont il eſt ſorti.*

L'Inſecte que les Hollandois nomment la Feuille ambulante, *eſt une eſpèce de ſauterelle, qui naît de la même manière. Voici ce que j'en ai remarqué. Mon Nègre, à qui j'avois recommandé de m'aporter les vers, les Chenilles & autres Inſectes qu'il trouvoit dans les bois, m'aporta un jour une feuille repliée, l'ayant ouverte adroitement, j'y trouvai quelques œufs verds de Mer, gros comme un grain de coriandre; peu de jours après il en ſortit de petits Inſectes noirs ſemblables à des fourmis; en croiſſant peu-à-peu ils prirent la forme donc je les ai deſſinez, & aïant aquis leur grandeur naturelle, il leur vint des aîles, comme je l'ai repreſenté à la Figure 2. ils ne ſe changent pas en* fêves *comme les Papillons, mais ils aquiérent leur groſſeur naturelle, à meſure que leurs membres groſſiſſent. Leurs aîles reſſemblent à une feuille verte, & on y voit les mêmes fibres. On en trouve de diverſes eſpèces; les uns ſont d'un verd clair, les autres d'un verd brun, il y en a auſſi de marbrez & de gris; on en trouve auſſi dont les aîles reſſemblent à des feuilles ſeches. Parmi ceux qu'on trouve dans les Indes Orientales, il s'en voit dont les aîles de deſſus ſont, & pour la figure & pour la couleur, comme une feuille de Citronier. Quand cet Inſecte a aquis une certaine grandeur dans ſon nid qui eſt pendu à un arbre, il y file une toile dont il s'envelope en quelque manière, enſuite il s'agite violenment juſqu'à ce que ſes aîles étant libres s'étendent; alors étant plus vigoureux, il briſe cette toile & tombe de l'arbre, ou vole; or comme ſes aîles ſont vertes & qu'elles ont la forme d'une feuille, les ignorans croyent que ces Inſectes ſont provenus des arbres d'où ils tombent.*

Afin de remplir cette planche, j'y ai deſſiné une eſpèce de Rat de forêt, qui porte ſur ſon dos ſes petits, dont il a ordinairement cinq ou ſix à chaque portée, il eſt d'un brun jaunatre & a le ventre blanc, lorſqu'il ſort de ſon trou pour chercher à manger, ſes petits le ſuivent, & lorſqu'ils ont mangé, ou qu'ils craignent quelque choſe, ils ſautent ſur le dos de la mère, s'attachent à ſa queuë par la leur, & elle les reporte ainſi dans ſon trou.

On trouve pluſieurs eſpèces de ces Rats, mais le principal eſt celui que les Hollandois nomment de Zak-Rot *ou* Beurs-Rot, *& dont la femelle porte ſes jeunes ſous ſon ventre d'où ils ſortent pour manger, & où ils rentrent auſſi-tôt après.*





EXPLICATION DE LA FIGURE LXVII.

MAgna hæc varii coloris & marmorata Eruca in Ficu commoratur, cujus frondes depaſcit; quando illi quiſpiam moleſtus eſt, vel arripere conatur, juxta caput duo aurantia cornicula extendit, quibus ſe defendit, & quorum punctio maximùm venenata, & dolorifica eſt. Die 13. Junii telam contexuit, & in flavam Aureliam, fuſcis flammeolis conſitam, mutata eſt, unde die 21. ſequenti hæcce pulcherrima Phalæna erupit, quam color indigo, ſubviridis & fuſcus, at paululùm argenteo ſimilis, ornat.

Altera vero iſta Eruca parva ſubviridis eſt, & ſtriis albis depicta, atque, uti ante nominata, in Ficu reperitur: varias hujus generis poſſedi; aſt omnes, antequam transformandi tempus adeſſet, moriebantur, hæcce tamen ſola die 14. Auguſti telam contexuit, & in puniceam Aureliam transformata eſt, quæ in capite roſtrum ſpinæ ſimile gerit. Unde die 21. ſequenti hæcce Phalæna, quæ ex flavo, cineritio & albo colore variegata eſt, erupit.

CEtte grande Chenille marbrée de diverſes couleurs ſe trouve ſur les figuiers dont elle mange les feuilles. Si on lui fait du mal, ou ſi on veut la prendre, elle pouſſe deux cornes couleur d'orange à côté de ſa tête, pour ſe defendre, & ſa piqueure qui eſt venimeuſe cauſe de grandes douleurs. Le 13. *de Juin elle fila un* Coccon *& s'y changea en une* fêve *jaune marbrée de brun. Le* 21. *ſuivant il en ſortit un beau Papillon* nocturne *d'une couleur d'indigo, de verd & de brun, & un peu argenté.*

L'autre petite Chenille verte eſt raïée de blanc, & on la trouve comme la precedente ſur les figuiers; mais toutes celles que j'avois moururent avant d'avoir fait aucun changement; une ſeule fila le 14. *d'Août, & ſe transforma en une* fêve *brune, qui avoit un bec fait comme une épine. Le* 21. *du même mois il en ſortit un Papillon* nocturne *marbré de jaune, de gris & de blanc.*

EXPLICATION DE LA FIGURE LXVIII.

MAgna hæc, & pulcherrimis ſpinis ornata Eruca à Negro mihi ex ſylvâ allata eſt, ita ut nulla mihi notitia ſit herbæ aut frondium, quas depaſcit: pulcherrimè aureo & crameſino colore variegata eſt, & egregiè ſplendeſcit. Die 10. Septembris in brevem, craſſam & triangularem Aureliam mutata eſt, coloris glauci at ſubpallidi, unde die 12. Octobris optima hæc Phalæna erupit, cujus quatuor alarum partes ſuperiores cæruleæ, inferiores fuſcæ ſunt, maculis aureis adornatæ; infernè verò cæruleo, fuſco & aureo colore, adinſtar marmoris, depictæ ſunt, & unamquamque alam ſex rotundi ocelluli adornant, quorum ora nigra eſt, circulus ſecundus aurei, & macula media albi coloris eſt.

UN Nègre m'aporta de la forêt cette grande Chenille qui eſt couverte de belles pointes, en ſorte que je ne pus ſavoir quelles berbes ou quelles feuilles elle mangeoit; elle étoit tâchetée de couleur d'or & de cramoiſi & elle paroiſſoit toute brillante. Le 10. *de Septembre elle ſe transforma en une* fève *courte groſſe & triangulaire de couleur de verd de mer clair, il en ſortit le* 12. *d'Octobre le beau Papillon ci-joint: Le haut des quatre aîles étoit bleu & le bas brun avec des tâches couleur d'or, par deſſous elles étoient marbrées de bleu, de brun & de couleur d'or; il y avoit ſur chaque aîle ſix petits yeux ronds bordez de noir; un ſecond cercle couleur d'or environnoit le premier & la tâche du milieu étoit blanche.*


Eruca altera, quæ flava eſt, & nigris maculis ornata, mihi, ſicuti illa ſupra deſcripta, allata eſt, aſt alimenti ſolennis penè inſcia ſum: Die 14. Novembris in pulcherrimam Aureliam coccinei coloris transformata eſt, unde die 28. ejuſdem menſis hæcce Phalæna, quam nos Belgæ *de Brummer Uyl* vocamus, prorupit, quæ adinſtar marmoris ex fuſco flava & alba erat.

L'autre Chenille qui eſt jaune avec des tâches noires m'a été aportée comme la précédente, ainſi je ne ſai pas quelle eſt ſa nouriture. Le 14. *de Novembre elle ſe transforma en une belle* fève *couleur de Safran, & le* 28. *du même mois en un Papillon* nocturne *que nous nommons Papillon bruyant, qui étoit marbré de brun, jaune & blanc.*

Hujus etiam minutiſſimæ Erucæ, quæ cineracei coloris eſt, alimentum ſollenne omninò latet; Die 2. Auguſti in coccineam aureliam transformata eſt, unde die 10. ejuſdem menſis hæcce parva Phalæna, quæ Belgicè *een Brummer Uyltje* dicitur, erupit, quæ ex ſqualido, flavo, fuſco, alboque colore, adinſtar marmoris, depicta eſt.

Je ne ſai pas auſſi quelle étoit la nouriture de cette petite Chenille griſe. Le 2. *d'Août, elle ſe changea en une belle* fève *couleur de Safran, d'ou ſortit le* 10. *du même mois un Papillon* nocturne *bruyant qui étoit marbré de jaune, de brun & de blanc.*





69.

EXPLICATION DE LA FIGURE LXIX.

Repræſentatur hic Surinamenſis Crocodili Effigies, ab orientalibus Indis *Cayman* vocati, eſtque multo robore præſtans & formidabile animal tam hominibus, quam terreſtribus ac aquaticis animantibus; in terrâ enim æque ac in aquâ degit, & quæcunque ſibi obviam veniunt devorat: Ex ovo, ad magnitudinem ovi anſerini, propemodum, progignitur, aſt impoſſible videtur, quod animal, ex tam parvâ machinâ proruptum, illicò ſexies & octies extare poteſt majus teſtâ, quam incluſum fuit. Vide tale hîc ovum, quod à fronte apertum eſt, ſub poſteriorem hujus animalis ungulam locatum. Licet verò tam parvum naſcatur, nihilominus maximum animal efficitur, quod ex ovo provenit, cum Crocodili aliquando ad viginti, & plurium pedum magnitudinem reperiantur. Illorum Caput, corporis ſuperficies & cauda maximè deſquamata ſunt & dura, ita ut lædi non poſſint, tam mollis verò ventris cutis eſt, ut ibidem facillimè trucidari queant: magnum illorum robur in duabus lineis acutiſſimorum dentium conſiſtit, qui arctiſſimè invicem clauduntur, & quicquid arripuêre, illicò conterunt. Celeriter curſitant, recto limite, & ſi corpus huc & illuc vertere poſſent, nihil illos effugeret: ſupremarum maxillarum motus fit in ſuperiori capitis parte, cum inferiores immobiles ſunt, quod nullis aliis animantibus commune eſt, quorum omnium maxillæ inferiores moventur.

Viperæ, quæ adinſtar Crocodilorum ex ovis proveniunt, multifariæ ſunt, licet illorum ova multo minutiora ſint. Exemplum vides ſub capite hujus viperæ, quæ vulgò amphysboena, ſive Biceps vocatur, quia ejus caput, & cauda ſibi invicem, reſpectu formæ & circuitûs, ſimilia ſunt; quod verò duo capita haberet, minimè verum eſt, cum facilè & os & ocelluli in ordinariâ capitis parte conſpici poſſint, aſt minimè in alterâ, quæ cauda ejus reverâ eſt. Omnes inter viperas hæcce pulcherrimi coloris eſt, utpotè quæ nigris, coccineis flaviſque maculis ornatur: datur & viperarum alia ſpecies, quæ è cineritio ſcilicet albi & flavi, atque fuſci coloris eſt.

L'Animal repréſenté ſur cette planche eſt un Crocodile de Suriname, que l'on nomme Cayman *dans les Indes Orientales, il eſt très vigoureux & à craindre pour les hommes comme pour les animaux terreſtres & aquatiques; car il vit ſur terre comme dans l'eau, & il devore tout ce qu'il rencontre. Il nait d'un œuf gros comme celui d'une oye, & l'on ne peut comprendre comment ſortant d'une ſi petite coque, il devient en ſi peu de tems ſept ou huit fois plus gros que l'œuf qui lui a donné la naiſſance. J'ai mis un de ces œufs, ouvert, derrière l'animal. Quoiqu'il ſoit ſi petit en naiſſant, il devient le plus grand des animaux qui ſortent d'un œuf, puiſqu'on en trouve qui ont plus de vingt pieds de long. Sa tête, le deſſus de ſon corps & ſa queuë ſont couverts d'écailles très dures: enſorte qu'elles le rendent invulnerable, mais d'un autre côté il a la peau ſous le ventre ſi delicate qu'on le tuë ſans peine en le touchant là. Sa plus grande force conſiſte dans un double rang de dents qui croiſent les unes ſur les autres, en ſorte qu'il briſe ſans peine tout ce qu'il atrape. Il court très vite mais toûjours en ligne droite, & s'il pouvoit ſe tourner de côté ou d'autre, rien ne lui échaperoit: Sa machoire inferieure eſt immobile, & il ne remue que la ſuperieure; ce qui ne ſe voit en aucun animal, car tous ont la machoire inferieure mobile.*

Il y a pluſieurs ſortes de Vipères qui naiſſent des œufs comme le Crocodile. Mais leurs œufs ſont beaucoup plus petits; on en voit un ſous la tête de cette Vipère que l'on nomme vulgairement Amphisboena, *ou à deux têtes, parce que ſa tête & ſa queuë ſe reſſemblent parfaitement; il n'eſt pourtant pas vrai qu'elle ait deux têtes, car on peut facilement diſtinguer les yeux & la gueule dans l'extremité où eſt la tête, ce que l'on ne trouve pas dans l'autre qui eſt éfectivement la queuë. Cette Vipère eſt une des plus belles pour la couleur, car elle eſt tâchetée de noir, d'aurore & de jaune. Il y a une autre eſpèce de Vipères qui ſont griſes, jaunes & brunes.*

EXPLICATION DE LA FIGURE LXX.

HOcce Animal, quod vulgò *Sauvegard* dicitur (licet hujus denominationis mihi ratio lateat) in Sylvis Surinamenſibus reperitur, & politè ac tenuiter ſquammatum eſt; forma autem & membra adinſtar Lacerti, aſt multò majora, habet: Lacertorum multæ ſpecies dantur; quas inter etiam Salamandra numeratur, quæ inter illas medium tenet, quam Liguânus ſequitur, velúti Crocodilus Liguânum reſpectu menſuræ: Experientiæ defectus nobis prohibet plura de hoc animale deſcribere; notum tamen eſt, illud, ſicuti Lacerti omnes, ex ovis oriri, & non raro devoratorem ovium volatilium in ipſis volucrum ſeptis meis comprehendi.

C*Et animal ſe nomme vulgairement* Sauvegarde, *j'avouë que je n'ai pû trouver l'étimologie de ce nom. On le trouve dans les forêts de Suriname; ſes écailles ſont minces & polies; pour la figure & les membres, il reſſemble à un Lezard, mais il eſt beaucoup plus grand. Il y a pluſieurs eſpèces de Lezards, au nombre deſquels on met la Salamandre; cet animal tient le milieu; le Liguan, pour la groſſeur, ſuit la Salamandre, comme le Crocodile ſuit le Liguan; faute d'experience nous ne pouvons rien dire de plus de cet animal, néanmoins on ſait qu'ainſi que tous les Lezards il vient d'un œuf, & j'ai ſouvent trouvé par experience qu'il devore les œufs des autres oiſeaux.*



70.


B.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
III.
IX.
I.
X.
II.
IV.
V.
III.
II.
I.
A.

EXPLICATION DE LA FIGURE LXXI.

MAgnus & peritiſſimus multifariæ & exoticæ ſuppellectilis rarioris poſſeſſor d'A. Seba hacce me Sciagraphiâ donavit, & benignè, quidquid de generatione & Metamorphoſi Ranarum expertus eſt, mihi communicavit, illarum ſcilicet, quæ ex Piſcibus in Ranas, & quæ ex Ranis in Piſces mutantur, ſicuti in ſeqq. duabus Tabulis videbis.

In primâ ſive inferiori Tabulâ, Littera A. Metamorphoſin demonſtrat ſingularis generis Ranarum Americanarum, quæ ex Ranis Piſces fiunt: hîc forma, & ad Num. I. perfectiſſima Rana demonſtratur, quæ paululùm flaveſcit & viridi aſſimilis eſt, aſt aliquantulùm infuſcatur; cutis earum circa dorſum & latera maculis ornantur; venter verò pallidioris coloris eſt, & nebuloſus; poſteriores pedes Anatum, anteriores verò communium Ranarum pedibus aſſimiles ſunt: in flumine Surinamenſi, nempe Cornawina-Creek & Piricâ copioſè inveniuntur. Poſtquam plenam magnitudinem conſecutæ ſunt, hinc illicò Metamorphoſis videtur provenire, ita ut caudulam, quæ ſenſim accreſcit, acquirant, uti N°. II. demonſtratur, & formam piſcis conſequuntur, anterioribus pedibus decreſcentibus & pereuntibus, ſicut N°. III. & deinde poſterioribus, veluti N°. IV. exhibetur; tota denique Ranæ forma in Piſcem mutatur. N°. V. quales mutati Piſces ab incolis Americanis & ipſis Europæenſibus, ibi commorantibus, vulgò *Jakjes* appellantur, atque, ut delicatiſſimum edulium, undique conquiruntur. Ejuſdem ſubſtantiæ, ac noſtra muſtela, ſunt: dorſi ſpina, omniaque oſſicula lenia, & verè Cartilagines ſunt, at in juſtos articulos diviſa: Piſces ipſi lenes, tenuiter ac eleganter parvis ſquammis, loco pedum, ornati ſunt, qui ab poſteriori capitis parte ſupra caudam, & rurſus uſque ad Ventrem medium expanſi videntur; animalium horum color mutatur, & qui antea ſubobſcurus erat, deinde cineritius exſtat.

Prædicta transformatio Europæenſium Ranarum Metamorphoſi contraria eſt, quare eâdem paginâ tabula ſecunda ad Litt. B. harum genituram oſtendit, quæ ad menſem Martium & Aprilem accidit, incaleſcente enim aëre veris tempore animalcula noſtra in ſtagnis & paludibus conveniunt, affectibus naturalibus ſatiſdant, atque ejaculato ſemine, coaxant, illudque afflant, ita ut incaleſcat, & viſcoſa hæc materia concreſcat, & ubique paulatim oculos conſequatur, uti figura ad N°. 1. demonſtrat, quæ ſolis æſtu vitam nanciſcitur, N°. 2. ubi ex quolibet ocello nigro motus quidam, adinſtar piſciculi, aſt nigerrimi, oriri videtur, qui ad diem creſcit, & primò poſteriores pedes duos acquirit N°. 3. & poſt dierum octo vel decem interlapſum N°. 4. Piſcis, unà cum duobus poſterioribus pedibus; apparet, poſt hinc pes anterior lateris (vide N°. 5.) eruptus, alterque pes anterior jamjam erumpendus conſpicitur, quod tenue ſolummodo membranulum corii tamdiu impedit, donec pes effringendi vires acquiſiverit. Poſtquam verò quatuor pedes prodierint, caput & tota forma Ranam oſtendit juxta N°. 6. Cauda in dies perit, ac deminuitur N°. 7. ita ad N°. 8. trunculus tantum, & ad N°. 9. perfecta Rana ſine caudâ viſitur, quæ ad vivum non major, quam quæ hic depingitur, eſt, ſed temporis tractu, creſcit, aliumque colorem aſſumit, uti ad N°. 10. videri poteſt, imo multò magis creſcit, & tantò major fit, ut non opus plura de iſto animalculo adſcribere putavi.

MR. A. Seba connoiſſeur & amateur des raretez étrangères, dont il poſſede un beau Cabinet, m'a fait preſent de ce deſſin, & a eu la bonté de me faire part des remarques qu'il avoit faites ſur la génération & les transformations des Grenouilles; & ſur tout de celles qui viennent de Poiſſons, ou qui ſe changent en Poiſſons. Ainſi que l'on peut voir dans les deux planches ſuivantes.

Dans le bas A. de la première, on voit toutes les transformations des Grenouilles de l'Amerique, qui deviennent poiſſons, la Figure I. *repreſente une Grenouille parfaite qui eſt d'un jaune verdatre qui tire un peu ſur le brun, la peau eſt tâchetée ſur le dos & ſur les côtez; le ventre eſt d'une couleur plus pale & pommelée. Les pates de derrière reſſemblent à celles des Canards, & celles de devant à celles des Grenouilles ordinaires. On en trouve beaucoup dans la Rivière de Suriname, dans le Cornawina-Creek, & dans la Pirica. Quand elles ſont parvenuës à leur grandeur naturelle, elles commencent leur transformation; & peu à-peu il leur croît une queuë, comme dans la* Figure II. *De cette manière leurs pates de devant diminuant & diſparoiſſant, elles prennent la forme d'un poiſſon comme dans la* Figure III. *enfin il en arrive autant aux pâtes de derrière,* Figure IV. *& après cela on ne voit plus rien de la Grenouille qui eſt transformée en un poiſſon repreſenté dans la* Figure V. *Les originaires de l'Amerique & les Européens qui y demeurent, donnent à ces poiſſons le nom de* Jakjes, *& le jugent un mèts très delicat; ayant le même gout que la Lamproye. L'arête du dos & toutes les autres ſont tendres, cartilagineuſes & deviſées par des jointures proportionnées; leur peau eſt douce au toucher, elle eſt couverte de petites écailles: de petites nageoires très delicates leur tiennent lieu de pâtes, & s'étendent depuis le derrière de la tête juſqu'à la queuë & de là juſqu'au milieu du ventre. Leur couleur change auſſi & ce qui étoit d'un brun obſcur devient gris.*

Cette transformation eſt contraire à celle des Grenouilles d'Europe dont on voit la génération dans la partie B. de cette planche. Elle arrive ordinairement dans les mois de Mars & d'Avril, lorſque le printems commence à donner plus de chaleur à l'air, alors les Grenouilles des deux ſexes ſe cherchent & ſe joignent dans les étangs & dans les marais. Lorſqu'elles ont jetté leur ſemence, elles croaſſent & ſouflent deſſus, en ſorte qu'elles l'échauffent; cette matière viſqueuſe s'épaiſſit, & l'on y voit paroitre des yeux de tous côtez comme l'on peut voir dans la Fig. 1.; *& elle reçoit la vie du ſoleil* Fig. 2. *où chaque œil noir aquiert une eſpèce de mouvement & paroit comme un petit poiſſon fort noir qui groſſit de jour à autre en ſorte qu'il lui vient deux pates par derrière* Fig. 3. *huit ou dix jours après, on la prendroit pour un poiſſon qui a deux pâtes par derrière* Fig. 4. *enſuite une des pâtes de devant ſort, & l'on voit l'autre prête à ſortir* Fig. 5. *& qui n'eſt retenuë que par une peau fort mince juſqu'à ce que la pâte ait aquis la force de la percer. Lorſque les quatre pâtes paroiſſent, on voit la tête & la forme complette d'une Grenouille* Fig. 6., *la queuë diſparoit peu-à-peu tous les jours* Fig. 7. *en ſorte qu'il n'en reſte qu'un très petit bout* Fig. 8. *qui étant tombé, laiſſe voir une Grenouille parfaite* Fig. 9. *qui n'eſt pas plus groſſe naturellement que celle qui eſt ici deſſinée, mais elle croit avec le tems & change de couleur, comme on voit par la* Fig. 10. *elle devient enſuite beaucoup plus groſſe, mais en voilà aſſez ſur ce ſujèt.*

EXPLICATION DE LA FIGURE LXXII.

Cum antehac Metamorphoſin & Genituram Americanarum & Europæënſium Ranarum demonſtravi, placet hic mihi addere genituram Aſiaticarum & Africanarum, quæ omnibus modis priorum genituræ aſſimilis eſt, ſi illarum excipias majorem formam & colorem, uti N°. 1. demonſtratur, & Piſciculus ſimul pedes ſuos poſteriores acquirens, (ſicuti forma Europeënſis Ranæ ad Num. 4.) ad figuram, N°. 2. notatam, poſteriores pedes multò majores ſunt. Ad Num. 3. prodit lævus pes anterior, quartus extuberat, & cutem perterebrat. N°. 4. Rana quadrupes ſpectanda datur, capite omnino Ranæ conveniente, aſt caudâ minutiore exiſtente, veluti N°. 5. oſtenditur, ubi cauda magis decreſcit, & veram formam accipit, ita ut hoc genus Europæënſibus Ranis conſimile ſit, reſpectu genituræ & incrementi. Num verò hæcce animalcula tractu temporis & accreſcentibus annis rurſus in Piſces mutantur, nemo adhuc expertus eſt, vel documentum aliquod vidit aut reſcivit.

Ulvam, quæ circa Ranas in aquâ cernitur, & *Litt. A.* notatur, Africa nobis apportat, ubi copioſè ex Mari, Ulvarum denominato, colligitur, & tam generis, quam coloris diſpar eſt. *Litera B.* maculam coralinam (belgicè *een Coraalmoesje*) Conchæ innatam demonſtrat, uti & minutam arcam, Noëam dictam, quæ in Guinæâ reperitur, veluti Ramulus marinus, *Litt. C.* ſignatus. Infimæ duæ Conchæ, *Litt. D.* notatæ, rariſſimum genus Amboïnenſium Criſtarum Galli ſunt, quæ invicem ſibi quadrant, & infrequentis formæ ſunt. Concha, quam *Littera E.* exhibet, & cujus os hîc ſurſùm elevatum conſpicitur, rara Amboïnenſis Buccina, achatis adinſtar, eſt, diverſis coloribus ornata, ita & Concha altera Amboïnenſis *Lit. E.* elegantiſſimæ picturæ eſt. Bruchus, *Littera G.* deſignatus, Mochæ reperitur, & non ſolum planè niger eſt, ſed pulcherrimè refulget, & duo rariſſima cornicula gerit, quæ inter longum roſtrum eminet, adinſtar Elephantis.

Arborem Arekam, licet hic delineatam videas, non animus eſt deſcribere, quoniam jam ſæpius & prolixè hoc ab aliis factum eſt, qui de extraneis arboribus tractarunt; ſolùm hoc loco eam exhibui, ad Erucas & Papiliones, qui ſuper illam proveniunt & gignuntur, demonſtrandos. Magna illa Eruca alimentum ex floribus petit, & fructu hujus arboris, & ſtatim ac plenâ magnitudine potita eſt, in Aureliam mutatur, undè poſt aliquot dies pulcherrimus Papilio, formoſis nigriſque alis ſupernis, infernis verò aurei coloris, erumpit, quæ nigris marginibus ac ſtriis ſimbriatæ ſunt, ipſius Papilionis dorſo rubicundis punctulis decorato. Secundum tertiumque genus nigrum etiam ac flavum eſt, pulcherrimè depictum, & excelſi coloris eſt, atque illius natura & proprietates cujuſlibet dignæ ſunt perſcrutationis.

Après avoir parlé de la génération & des transformations des Grenouilles de l'Amerique & de l'Europe, je raporterai ici ce qui concerne celles de l'Aſie & de l'Afrique, qui pour la génération ne diferent en rien des premières; à l'exception de la groſſeur & de la couleur comme ici N°. 1. il vient des pates de derrière à ce petit poiſſon qui reſſemble alors à la Grenouille Européenne Fig. 4., on voit ces pates de derrière ici N°. 2. au N°. 3. la pate gauche de devant paroît, & la dernière eſt prête à ſortir, enfin le N°. 4. repreſente une Grenouille avec ſes quatre pates, une tête de Grenouille & une queuë deja racourcie, & qui diminue encore N°. 5. juſqu'à ce qu'elle ait enfin ſa veritable forme; de manière que cette eſpèce de Grenouilles reſſemble en tout à celles d'Europe dans leur génération & leur acroiſſement; juſqu'à préſent on n'a pû encore remarquer ſi avec le tems elles redeviennent poiſſons.

L'Algue que l'on voit ici autour de ces Grenouilles, marquée A. nous vient d'Afrique, où l'on en trouve en quantité dans la Mer qui en prend le nom, mais il y en a de diferentes eſpèces comme de diferentes couleurs. La Fig. B. repréſente une Macle de Corail, qui croit ſur une coquille que l'on nomme l'Arche de Noé & que l'on trouve ſur la côte de Guinée ainſi que cette branche tirée de la Mer & marquée ici C.; les deux coquilles D. ſont une eſpèce de crêtes de cocq d'Amboine qui s'enchaſſent l'une dans l'autre; elles ſont d'une figure extraordinaire. La coquille E. dont l'ouverture eſt ici viſible, eſt une des belles Toupies d'Amboine qui paroit être d'agathe de diverſes couleurs. L'autre coquille marquée F. eſt auſſi-bien peinte. L'eſcarbot marqué G. ſe trouve à Mocha, non ſeulement il eſt tout-à-fait noir, il eſt poli comme un miroir, & il a deux cornes rares au milieu deſquelles paroit ſa trompe comme celle d'un Elephant.

Je n'ai pas deſſiné ici cet Areck, dans l'intention de decrire cet arbre, dont d'autres ont parlé fort au long, en traitant des arbres étrangers, je ne l'ai placé ici que pour parler des Chenilles & des Papillons que l'on trouve ſur ſes branches où ils naiſſent & croiſſent. Cette grande Chenille ſe nourit de ſes fleurs & de ſon fruit, & lorſqu'elle eſt parvenuë à ſa juſte grandeur, elle ſe change en une fève d'où quelques jours après ſort un beau Papillon dont les aîles de deſſus ſont noires & belles; celles de deſſous ſont couleur d'or bordées, tâchetées & raïées de noir: le dos du Papillon eſt orné de petits points rouges; ceux de la ſeconde & de la troiſième eſpèce ſont auſſi noirs & jaunes, bien marquez, d'une couleur vive, & qui meritent qu'on en examine la nature & les proprietez.

F I N I S.



G
N°. 5
N. 1.
B
A
C
N°. 4.
N°. 2.
A
N°. 3.
A
D
F
E

5503